LETTERE

DI

M. T. CICERONE

VOL. IV.

M. TVLLII
CICERONIS
EPISTOLAE
QVAE EXSTANT OMNES

ITEM

QVAE VVLGO CICERONIS ET M. BRVTI FERVNTVR
MVTVAE EPISTOLAE

TEMPORVM ORDINE DISPOSITAE

CVRANTE

FRANCISCO BENTIVOGLIO

AMBROSIANI COLLEGII DOCTORE

VOL. IV.

MEDIOLANI
APVD A. F. STELLA ET FILIOS
M. D. CCC. XXVII

LETTERE
DI
M. T. CICERONE
DISPOSTE
SECONDO L'ORDINE DE' TEMPI

TRADUZIONE
DI
ANTONIO CESARI
P. O.
CON NOTE

VOL. IV.

MILANO
PRESSO A. F. STELLA E FIGLI
M. D. CCC. XXVII

Excudebat Societas typographica Classicorum Italiae Scriptorum.

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE

CLXXXII. (Ad Diversos III, 1)

Argumentum. 1 Appio Ciliciae procos. significat Phaniam eius libertum de re publica et Ciceronis in eum benivolentia narraturum; 2 deinde Cilicem Appii libertum laudat; 3 et L. Valerium ICtum commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCCII.
Serv. Sulpicio Rufo, M. Claudio Marcello Coss.

M. T. CICERO APPIO [1] PVLCHRO IMP. S. D.

1 Si ipsa res publica tibi narrare posset, quomodo sese haberet, non facilius ex ea cognoscere posses, quam ex liberto tuo Phania: ita est homo non modo prudens, verum etiam, quod iuvet [2], curiosus. Quapropter ille tibi omnia explanabit. Id et ad brevitatem [3] est aptius, et ad reliquas res providentius. De mea autem benivolentia erga te, etsi potes ex eodem Phania cognoscere; tamen videntur etiam aliquae meae partes. Sic enim tibi persuade [4], carissimum te mihi esse, quum propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis tuae; tum quod ex tuis literis, et ex multo-

LETTERE
DI
M. TULLIO CICERONE

CLXXXII. (A Diversi III, 1)

Argomento. 1 Dice ad Appio, proconsolo della Cilicia, che da Fania suo liberto intenderà de' fatti pubblici, e della benevolenza di Cicerone verso di lui; 2 poi gli loda Cilice liberto di Appio; 3 e gli raccomanda L. Valerio avvocato.

Scritta a Roma l'anno DCCII,
essendo consoli Ser. Sulpicio Rufo e M. Claudio Marcello.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO [1] IMP. S.

1 Se essa Repubblica potesse recitarti lo stato suo, tu nol potresti sapere più netto da lei, che da Fania [2] tuo liberto: tanto egli è uomo non pure avveduto, ma curioso per quel che è utile. Egli adunque ti spiattellerà ogni cosa per filo e per segno: ciò mi accomoderà, risparmiandomi più parole, e sarà troppo meglio per certi altri riguardi. Quanto alla mia benvoglienza in te, ben potrestu informarti dal medesimo Fania; ma questo è un servigio che in parte si partiene anche a me. Sii dunque ben persuaso di essermi tracarissimo, sì per le care cose che io ho dal tuo ingegno, dagli uffizii, dall'umanità tua, e sì perchè dalle tue lettere

Excudebat Societas typographica Classicorum Italiae Scriptorum.

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

mum apud te pondus habituras. Id eum ne fallat, te etiam atque etiam rogo. Vale.

CLXXXIII. (Ad Div. III, 2)

Argumentum. Ciliçiam provinciam sortitus, Appium ex ea decessurum rogat, ut sibi eam quam maxime aptam explicatamque tradat.

Scr. Romae A. V. C. DCCII, mens. Apr.

M. T. CIC. PROC.[1] APPIO PVLCHRO IMP. S. D.

Quum et contra voluntatem meam, et praeter opinionem [2] accidisset, ut mihi cum imperio in provinciam proficisci necesse esset, in multis et variis molestiis cogitationibusque meis haec una consolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego sum [3], quisquam posset succedere; neque ego ab ullo provinciam accipere, qui mallet eam mihi quam maxime aptam explicatamque [4] tradere. Quod si tu quoque eamdem de mea voluntate erga te spem habes, ea te profecto numquam fallet. A te maximo opere, pro nostra summa coniunctione tuaque singulari humanitate, etiam atque etiam quaeso et peto [5], ut, quibuscumque rebus poteris (poteris autem plurimis), prospicias et consulas rationibus meis. Vides, ex senatusconsulto [6] provinciam esse habendam: si eam, quoad eius facere poteris, quam

(te ne priego senza fine) che egli non se ne trovi ingannato. A Dio.

CLXXXIII. (A Div. III, 2)

Argomento. Essendogli toccato il governo di Cilicia, dal quale tornava Appio, lo prega di consegnargliela più in ordine e ben racconcia che può.

Scritta a Roma l'anno DCCII, nel mese di Aprile.

M. T. CICERONE PROC. AD APPIO PULCRO IMP. S.

Conciossiachè a Dio sia piaciuto che, contr' a quel che io avrei amato e fuor d'ogni mio pensiero, mi fosse forza di ricevere cotesta provincia [1] con impero, nelle mie molte e gravi molestie e pensieri non trovava altro che questa sola consolazione, che tu non potevi aver nella provincia successore più amico di me, nè io riceverla da nessun altro il quale meglio di te amasse di metterlami in mano più in sesto e disimbarazzata che fosse possibile. Or se tu altresì porti dell'animo mio la stessa speranza, certamente non te ne troverai ingannato giammai. Adunque, per la somma nostra intrinsichezza e per la singolar tua benignità, il più e col maggior ardore che posso, ti prego e supplico che in ogni cosa che tu potrai (e potrai in assaissime) abbi riguardo di farmi in quest'opera il maggior bene che puoi. Tu vedi che per senatoconsulto m'è tocca questa provincia. Se dunque tu, quanto ti sarà con-

expeditissimam mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est. Ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorem orationem exspectaret; aut id fieri nostra amicitia pateretur; aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa [7] loqueretur. Hoc velim tibi persuadeas, si rationibus meis provisum [8] esse intellexero, magnam te ex eo et perpetuam voluptatem esse capturum. Vale.

CLXXXIV. (Ad Att. V, 1)

Argumentum. 1 Cicero, quum ex senatus decreto ei provincia Cilicia obtigisset, Atticum rogat, ut videat, ne mutuum ex absentia Ciceronis desiderium plus sit annuum; 2 de Annii Saturnini et Oppii negotiis; 3 de Q. fratris cum uxore Pomponia dissidiis. 4 Postremo, ut mandata curet, petit.

Scr. in itinere, fortasse Minturnis, vel etiam Aquino A. V. C. DCCII, post Non. Maias.

CICERO ATTICO S.

1 Ego vero et tuum in discessu [1] vidi animum, et meo [2] sum ipse testis. Quo magis erit tibi videndum, ne quid novi decernatur; ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum [3].

2 De Annio Saturnino [4] curasti probe. De sa-

ceduto, me la rassegni più sbarazzata che puoi, io potrò più leggermente trascorrere questo mio aringo. Ora quello che in quest'opera tu possa adoperare, il rimetto alla tua prudenza. Io poi ti prego che tu adoperi di quelle cose che tu troverai in acconcio de' fatti miei. Io ti scriverei più lungo se la tua cortesia aspettasse da me più lunga raccomandazione, e la nostra amicizia ne potesse esser contenta; o se all'affar medesimo bisognasser parole, e non parlasse esso medesimo di per sè. Vivi sicuro, ti prego, che se io conoscerò te aver dato buon avviamento a' miei interessi, che tu di ciò piglierai gran piacere e perpetuo. A Dio.

CLXXXIV. (Ad Att. V, 1)

Argomento. 1 Cicerone, essendogli tocca per senatoconsulto la Cilicia, prega Attico di far in modo che il comune dolore di essere insieme partiti non passi l'anno. 2 Parla delle bisogne di Annio Saturnino e di Oppio; 3 delle brighe di Quinto il fratello con Pomponia sua moglie. 4 Finalmente lo prega di dar mano alle commissioni dategli.

Scritta in viaggio, forse a Minturno, o ad Aquino, l'anno DCCII, dopo il 7 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io ho ben veduto, sì, l'animo tuo nel partirci che abbiam fatto insieme; del mio poi son testimonio io medesimo: ciò ti dee dunque tener più desto a veder modo come nulla novità si faccia, sicchè questo nostro dolore non passi l'anno.

2 Quanto ad Annio Saturnino [1], ottimamente hai

tisdando vero, te rogo, quoad eris Romae, tu ut satisdes. Et sunt aliquot satisdationes [5] secundum mancipium, in his vel [6] Memmianorum praediorum, vel Atilianorum. De Oppio, factum est ut volui, et maxime, quod DCCC [7] aperuisti: quae quidem ego utique vel versura [facta] [8] solvi volo; ne extrema exactio nostrorum nominum exspectetur.

3 Nunc venio ad transversum [9] illum extremae epistolae tuae versiculum, in quo me admones de sorore [10]. Quae res se sic habet. Vt veni in Arpinas [11], quum ad me frater venisset, in primis nobis sermo, isque multus, de te fuit: ex quo veni ad ea, quae fueramus ego et tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quam tum meus frater erat in sororem tuam; ut etiam, si qua fuerat ex ratione sumta offensio [12], non appareret. Illo sic die [13]. Postridie ex Arpinati profecti sumus. Vt in Arcano Quintus maneret, dies [14] fecit: ego Aquini; sed prandimus in Arcano. Nosti hunc fundum. Quo ut venimus, humanissime Quintus, Pomponia, inquit, tu invita mulieres [15], ego accivero pueros. Nihil potuit, mihi quidem ut visum est, dulcius, idque quum verbis, tum etiam animo ac vultu. At illa, audientibus nobis, Ego sum [16], inquit, hic hospita. Id autem ex eo, ut opinor, quod antecesserat Statius [17], ut prandium

provveduto. Circa il dare la sicurtà, ti prego, quando tu sarai in Roma, dàlla tu stesso. E sono anche delle cauzioni di proprietà [2], e tra queste de' fondi di casa Memmio ed Atilio [3]. Quanto ad Oppio, tu hai dato nella cruna del mio desiderio: massime profferendoti per ottocentomila sesterzi [4]; la qual somma voglio veder pagata eziandio prendendogli ad interesse, e non aspettar fino allo stremo dell'esazion de' miei crediti [5].

3 Vengo ora a quella riga, posta a traverso nel fine della tua lettera [6], nella quale mi tocchi di tua sorella. La cosa è qui: Venuto che io fui in Arpino, e venutoci mio fratello, la prima cosa entrammo a dire, e lungamente, di te; e di qua io lo condussi a quelle cose che noi avevamo parlato insieme nel Toscolano di tua sorella. Non vidi mai tanto piacevole nè tanto pacato mio fratello verso la sorella tua, quanto allora il trovai: cotalchè se qualche ragionevol disgusto era anche stato fra loro, non si pareva. Quel giorno finì così. Il dì appresso, partimmo dall'Arpinate; a cagion della festa [7] Quinto rimase nell'Arcano [8], io ad Aquino; ma desinammo insieme nell'Arcano. Tu conosci bene il luogo. Colà venuti, Quinto con tutta piacevolezza: Pomponia, disse, invita tu le femmine; io farò venire i fanciulli [9]. Nulla si poteva più dolcemente (così certo ne parve a me), sì di parole e sì di animo, o di sembianze. Ma ella, udenti noi: Io son qui forestiera, rispose; e ciò, credo io, per questo, che Stazio [10] s'era

nobis videret[18]. Tum Quintus, En, inquit mihi, haec ego patior quotidie. Dices, quid, quaeso, istuc erat? Magnum; itaque me ipsum commoverat: sic absurde et aspere verbis vultuque responderat. Dissimulavi dolens. Discubuimus omnes praeter illam; cui tamen Quintus de mensa misit; illa reiecit. Quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil asperius tua sorore mihi visum est: et multa praetereo, quae tum mihi maiori stomacho, quam ipsi Quinto, fuerunt. Ego inde Aquinum[19]; Quintus in Arcano remansit, et Aquinum ad me postridie mane venit, mihique narravit, nec secum illam dormire voluisse; et, quum discessura esset, fuisse eiusmodi, qualem ego vidissem. Quid quaeris? vel ipsi[20] hoc dicas licet, humanitatem ei, meo iudicio, illo die defuisse. Haec ad te scripsi fortasse pluribus, quam necesse fuit, ut videres tuas quoque[21] esse partes instituendi et monendi.

4 Reliquum est, ut ante, quam proficiscare[22], mandata nostra exhaurias; scribas ad me omnia; Pomtinium[23] extrudas; quum profectus eris, cures, ut sciam; sic habeas, nihil mehercule te mihi nec carius esse, nec suavius. A. Torquatum[24] amantissime dimisi Minturnis, optimum virum: cui, me ad te scripsisse aliquid, in sermone[25] significes velim.

ito innanzi a metterci all'ordine il pranzo. Allora Quinto: Udistu? (disse) queste son le carezze che io m'ho ciascun dì. Or che gran fatto (dirai tu) fu cotesto? Grande; cotalchè io stesso me ne sentii riversato: così irragionevole, così aspra di parole e di aspetto fu la risposta. Ho chiusi gli occhi, trafitto. Tutti entrammo a tavola, da lei in fuori: a lei però mandò Quinto del desinare; ella gliele rimandò. Che più? non vidi mai più mansueta cosa del fratello, nè più alpestra della sorella tua; e lascio dall'un de' lati molte altre cose che troppo più a me che ad esso Quinto mosser la bile. Io di là in Aquino; il fratello rimase nell'Arcano, e l'altro dì fu a me in Aquino; e mi contò com'ella non era voluta dormire con lui, e che essendo lei sul partirne, era dell'umor medesimo ch'io l'aveva veduta. Che vuo' tu altro? tu puoi ben dirle, sì, che quel dì, al parer mio, non fu la più gentil donna del mondo. Io mi sono in questo fatto disteso forse più, che non facea luogo, acciocchè tu conoscessi toccare anche a te la parte tua d'institutore e di ammonitore.

4 Resta ora che, prima della tua partita, tu cavi le mani dalle cose che t'ho raccomandate, e mi scriva ogni cosa; che tu ne cacci fuori Pontinio [11], e che partito lui, tu vegga di farlomi assapere. Vivi sicuro, non essere al mondo cosa a me più cara nè più dolce di te. In Minturno ho detto a Dio amantissimamente ad A. Torquato [12], perla di uomo; al quale, per via di dire, vorrei che tu facessi motto come io te n'ho scritto qual cosa.

CLXXXV. (Ad Att. V, 2)

Argumentum. 1 Scribit in Cumano multos ad se, etiam Hortensium venisse, Sempronium Rufum non venisse. 2 Deinde Atticum rogat, ut curet, ne sibi provincia prorogetur; 3 et ut, quum ex Epiro redierit, sibi de re publica scribat.

Scr. in Pompeiano A. V. C. DCCII, VI Id. Mai.

CICERO ATTICO S.

1 A. d. VI Idus Maias quum has dabam literas, ex Pompeiano proficiscebar, ut eo die [1] manerem in Trebulano [2] apud Pontium. Deinde cogitabam sine ulla mora iusta [3] itinera facere. In Cumano quum essem, venit ad me (quod mihi pergratum fuit) noster Hortensius: cui, deposcenti mea mandata, cetera universe mandavi; illud proprie [4], ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias [5]. In quo eum tu velim confirmes, gratumque mihi fecisse dicas, quod et venerit ad me, et hoc mihi, praetereaque [6] si quid opus esset, promiserit. Confirmavi ad eam causam etiam Furnium nostrum; quem ad annum tribunum plebis videbam fore. Habuimus in Cumano quasi pusillam Romam: tanta erat in his locis multitudo, quum interim Rufio noster [7], quod se a Vestorio observari videbat [8], strategemate

CLXXXV. (Ad Att. V, 2.)

Argomento. 1 Scrive nel Cumano, come molti erano venuti a lui, anche Ortensio, Sempronio Rufo non esser venuto. 2 Quindi prega Attico di veder modo che il governo non gli sia allungato; 3 e che tornato che sia dall'Epiro, gli scriva delle cose pubbliche.

Scritta nel Pompeiano l'anno di Roma DCCII, a' 10 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 A' 10 di maggio, quando io scrissi questa lettera, son partito dal Pompeiano [1] per istarmi quel dì medesimo nel Trebulano in casa di Ponzio [2]: quindi, senza por tempo in mezzo [3], facea ragione di pigliar l'andare a giornate ordinarie. Essendo io nel Cumano, ebbi la visita carissima del nostro Ortensio; e profferendomisi egli se nulla io volessi, molte cose gli raccomandai, così in genere; ma questa in proprio, che egli non mi lasciasse, per quanto era in lui, prorogare il governo. Il qual chiodo ti prego che gli ribadisca, dicendogli anche quanto io ho gradita la sua visita a me, colla promessa fattami di quel che ho detto, e d'altro eziandio che mi facesse bisogno. Ho ricalcato il punto medesimo anche al nostro Furnio [4], veggendo che egli sarebbe infra un anno un tribun della plebe. Nel Cumano abbiamo avuta quasi una piccola Roma: tanta folla era tratta in questo paese; e tuttavia in questo mezzo tempo il nostro Rufione [5], sapendo di essere da Vestorio appostato, con questo stratagemma

hominem percussit. Nam ad me non accessit. Itane? quum Hortensius veniret, et infirmus, et tam longe 9, et Hortensius [10]; quum maxima praeterea multitudo [11], ille non venit? Non, inquam. Non vidisti igitur hominem, inquies? Qui potui non videre, quum per emporium Puteolanorum iter facerem? in quo illum, agentem aliquid, credo, salutavi; post etiam [12] iussi valere, quum me expense e sua villa [13], numquid vellem, rogasset. Hunc hominem parum gratum quisquam putet? aut non in eo ipso laudandum, quod audiri [14] non laborarit?

2 Sed redeo ad illud. Noli putare mihi aliam consolationem esse huius ingentis molestiae [15], nisi quod spero non longiorem annua fore. Hoc me ita velle multi non credunt, ex consuetudine aliorum [16]. Tu, qui scis [17], omnem diligentiam adhibebis, tum scilicet, quum id agi debebit [18].

3 Quum ex Epiro redieris, de re publica scribas ad me velim, si quid erit, quod opperiare [19]. Nondum enim satis huc erat allatum, quomodo Caesar ferret de auctoritate perscripta [20]: eratque rumor de Transpadanis [21], eos iussos IIII viros creare. Quod si ita est, magnos motus timeo. Sed aliquid ex Pompeio [22] sciam.

il gabbò: chè a me non s'è lasciato vedere. Di' tu vero? essendoci venuto Ortensio, che pur era in mal essere e tanto da lungi, ed era un Ortensio; e venutovi in oltre tanto popol di gente, colui non venne? Tu odi. Tu dunque, dirai, non l'hai punto veduto? Or come poteva essere che io nol vedessi, passando io per la terra di Pozzuolo; dove, facendo lui non so che, lo salutai, ed anche poscia gli ho detto addio, quando egli, uscendo della sua villa, mi domandò se io volessi nulla. Or direbbe altri, costui esser uom poco grato? e non anzi il commenderebbe, che non si desse pena di farmisi sentire?

2 Ma torno al primo proposto. Non ti lasciar credere che io abbia in questa noia cotanto grave, altra consolazione di questa, che io spero lei non dover passar l'anno. Molti, facendo ragione dal costume degli altri, non si persuadono che io parli da cuore. Tu, che sai così essere, ci farai ogn'opera; quando sarà tempo, s'intende.

3 Tornato che tu sii dall'Epiro, deh! mi scrivi, della Repubblica, se nulla tu te n'aspetti. Conciossiachè qui non si sa anche ben fermo come Cesare la senta del voler del Senato [6] messo in iscritto; ed anche si bucinava de' Traspadani [7], che fossero comandati creare un magistrato di Quattro. Se questo è vero, temo di gran movimento. Ma da Pompeo [8] saprò bene qualcosa.

CLXXXVI. (Ad Att. V, 3)

Argumentum. Binas sibi ab Attico literas redditas esse scribit; alias se adhuc desiderare.

Scr. in Trebulano A. V. C. DCCII, V Id. Mai.

CICERO ATTICO S.

A. d. VI [1] Idus Maias veni in Trebulanum ad Pontium. Ibi mihi tuae literae binae redditae sunt tertio abs te die: eodem autem, exiens e Pompeiano [2], Philotimo dederam ad te literas. Nec vero nunc erat sane, quod scriberem. Qui de re publica rumores, scribe, quaeso. In oppidis enim summum video timorem [3]; sed multa inania. Quid de iis cogites, et quando, scire velim. Ad quas literas tibi rescribi velis, nescio. Nullas enim adhuc acceperam, praeter quae mihi binae simul [4] in Trebulano redditae sunt: quarum alterae edictum P. Licinii [5] habebant (erant autem Nonis Maiis datae), alterae rescriptae ad meas Minturnenses. Quam vereor, ne quid fuerit σπουδαιότερον in iis, quas non accepi, quibus rescribi vis! Apud Lentulum ponam te in gratiam [6]. Dionysius nobis cordi est. Nicanor tuus operam mihi dat egregiam. Iam deest, quod scribam [7]; et lucet. Beneventi cogitabam hodie [8]. Nostra continentia, et diligentia faciemus satis [9]. A Pontio, ex Trebulano a. d. V Idus Maias.

CLXXXVI. (Ad Att. V, 3)

Argomento. Scrive d'aver avute due lettere di Attico; e di stare aspettando altre ancora.

Scritta nel Trebulano, l'anno DCCII, agli 11 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

A' 10 di maggio venni al Trebulano in casa di Ponzio. Quivi ebbi due lettere tue, di tre dì innanzi. Quel dì medesimo, partendo dal Pompeiano [1], aveà dato a Filotimo lettera per te. Quanto al presente non m'occorre che scrivere. Scrivimi, di grazia, quello che si bucini della Repubblica: perchè nelle terre trovo di gran timori, ma i più sull'aria. Fammi sapere quello che tu pensi in questo proposito, e quando. Or di che lettere parli tu, alle quali aspetti risposta? da che fino ad ora io non ne ebbi nessuna, da quelle due in fuori che sole ricevetti nel Trebulano; delle quali l'una avea l'editto di P. Licinio [2] (ed era de' 7 di maggio), l'altra rispondea alla mia di Minturno. Non vorrei io che in quella che non ho ricevuta, e ne aspettavi risposta, ci fossero cose di qualche importanza. Con Lentulo [3] vedrò di rappaciarti, sì. Dionigio mi sta forte a cuore. Il tuo Nicanore mi serve a maraviglia. Oggimai mi manca materia, ed è albóre. Fo ragione d'esser oggi a Benevento. La nostra probità e diligenza ne manderà tutti contenti. Di casa Ponzio dal Trebulano, agli 11 di maggio.

CLXXXVII. (Ad Att. V, 4)

Argumentum. 1 Respondet duabus epistolis Attici: alteri, quam Funisulanus; 2 alteri, quam scriba Tullius attulerat. 3 Obiter eius parsimoniam in scribendo increpat.

Scr. Beneventi A. V. C. DCII, IV Id. Maias.

CICERO ATTICO S.

1 Beneventum veni a. d. V Id. Maias. Ibi accepi eas literas, quas tu superioribus literis significaveras te dedisse: ad quas ego ipso eo die [1] dederam ex Trebulano a Pontio. Ac binas quidem tuas [2] Beneventi accepi. Quarum alteras Funisulanus [3] multo mane mihi dedit, alteras scriba Tullius. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo et maximo mandato [4]. Sed tua profectio spem meam debilitat. Ac me ille; illuc quidem labar [5], non quo.... sed inopia cogimur eo contenti esse. De illo altero [6], quem scribis tibi visum esse non alienum, vereor, adduci ut nostra [7] possit, et tuis δυσδιάγνωστον esset [8]. Equidem sum facilis: sed tu aberis, nec me absente habebis rei rationem [9]. Nam posset aliquid, si utervis nostrum adesset, agente Servilia [10], Servio fieri probabile. Nunc, si etiam [11] res placeat, agendi tamen viam non video.

2 Nunc venio ad illam epistolam, quam accepi

CLXXXVII. (Ad Att. V, 4)

Argomento. 1 Risponde a due lettere di Attico, consegnategli l'una da Funisolano; 2 l'altra dal segretario Tullio. 3 Di passaggio rimprovera la parsimonia di lui nello scrivere.

Scritta a Benevento l'anno DCCII, a' 12 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Fui a Benevento agli 11 di maggio. Quivi ebbi quelle tue lettere che tu mi dicesti d'avermi scritto nelle tue ultime, alle quali ho risposto dal Trebulano il dì medesimo, consegnandole a Ponzio. Or furono due le ricevute nel Trebulano: l'una consegnatami la mattina a buon'ora da Funisulano, l'altra da Tullio tuo segretario. Cara mi fu senza fine la pena che tu ti dai di quel mio primo e massimo affare [1]; ma la tua partenza mi debilita la speranza. Quel cotale mi.... Io mi lascerò ben ire ad esser contento di lui; non perchè.... ma la povertà degli altri.... Di quell'altro, il qual tu mi scrivi esserti paruto non lontano, non veggo chiaro come la nostra Tullia possa rimanerne soddisfatta. *La cosa sarà giudicar difficile eziandio a' tuoi.* Io veramente non mi sto sul tirato: ma tu te ne vai; ed essendo io fuori, non avrai riguardo alla mia cosa [2]: perocchè, trovandovisi o l'uno, o l'altro di noi, e adoperandovisi Servilia, potrebbe farsene qualche cosa che a Servio [3] gradisse. Al presente, comechè il partito non mi dispiaccia, non ci veggo stiva da ben condurlo.

2 Vengo ora alla lettera avuta da Tullio. Per conto

a Tullio. De Marcello [12], fecisti diligenter. Igitur senatus consultum si erit factum, scribes ad me; sin minus, rem tamen conficies [13]. Mihi enim attribui oportebit, item Bibulo. Sed non dubito, quin senatus consultum expeditum sit, in quo praesertim sit compendium [14] populi. De Torquato, probe [15]. De Masone, et Ligure, quum venerint. De illo, quod Chaerippus [16] (quoniam hic quoque πρόσνευσιν sustulisti), o provincia! [17] etiamne hic mihi curandus est? Curandus autem hactenus, ne quid ad senatum, *Consule*, aut *numera* [18]. Nam de ceteris.... [19] Sed tamen commode, quod cum Scrofa [20]. De Pomtinio, recte scribis. Est enim ita, ut si ante Kalend. Iunias Brundisii futurus sit, minus urgendi fuerint M. Annius, et Tullius [21]. Quae de Sicinio [22] audisti, ea mihi probantur: modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum. Sed considerabimus. Rem enim probo. De nostro itinere, quid statuero [23]; de quinque praefectis, quid Pompeius facturus sit, quum ex ipso cognoro, faciam, ut scias. De Oppio [24] bene curasti, quod ei DCCC exposuisti: idque, quoniam Philotimum habes, perfice, et cognosce rationem; et, ut agam amplius [25], si me amas, prius quam proficiscaris, effice: magna me cura levaris. Habes ad omnia.

3 Etsi paene praeterii chartam tibi deesse: mea cautio [26] est; siquidem eius inopia minus multa

di Marcello 4 hai operato con diligenza. Mi scriverai dunque se il senatoconsulto sarà fatto; se no, ad ogni modo ne cava le mani: chè certo a me dee esser fatto l'assegnamento, ed a Bibulo altresì. Ma non dubito che il senatoconsulto non sia già bello e fornito, massime mettendo conto al popolo. Di Torquato, bene sta; quanto a Masone ed a Ligure 5, quando e' saranno venuti. Circa quello che ti disse Cherippo 6 (da che eziandio qua tu mi vuo' tenere sulla fune), o provincia! Dunque eziandio di costui m'ho io da far conto? che dico, da farne conto?... Ma zitto; che non ne venisse sentore al Senato 7. *Provvedi, o paga:* da che quanto agli altri.... Ma come a tempo il tuo abboccarti con Scrofa 8! Di Pontinio tu di' bene: la cosa è qui, che se egli sarà a Brindisi avanti le calende di giugno, non farà luogo di lisciar tanto M. Annio e Tullio 9. Buono quello che hai sentito di Sicinio: salvo se quella eccezione non cadesse in alcuno dal quale ebbi del bene 10. Ma vedremo meglio. Intanto la cosa mi piace. Quello che io avrò deliberato del mio viaggio, e quello che Pompeo vorrà fare de' cinque prefetti 12, come io l'abbia ritratto da lui, lo saprai. Ben hai provveduto, quanto ad Oppio, profferendogli ottocentomila sesterzii; e posciachè tu hai teco Filotimo, spaccia l'affare, e rivedi ben le ragioni, e (per darti l'ultima stretta) per tutto il ben che mi vuoi, conchiudi prima di partire: tu mi avrai cavato d'un gran pensiero. Vôtai il sacco.

3 Quantunque e' mi s'era quasi sdimentico che tu dei essere senza carta 13. Or l'ammenda ne pago io:

ad me scribis. Tu vero aufer ducentos [27]. Etsi meam in eo parsimoniam huius paginae contractio significat. [Dum acta et rumores vellet.] [28] Iam, si qua [29] certa habes de Caesare [30], exspecto literas; et alias Pomtinio de omnibus rebus diligentes [31] dabis.

CLXXXVIII. (Ad Att. V, 5)

Argumentum. Significat se nec, quod scribat, nec quod mandet, habere, et Attici literas Brundisii exspectare.

Scr. Venusiae A. V. C. DCCII, Idib. Maiis.

CICERO ATTICO S.

Plane deest [1], quod scribam. Nam nec, quod mandem, habeo; nihil enim praetermissum est: nec quod narrem; novi enim nihil: nec [2] iocandi locus est; ita me multa solicitant. Tantum tamen scito, Idibus Maiis nos Venusia [3] mane proficiscentes has dedisse. Eo autem die credo aliquid actum in senatu. Sequantur igitur nos tuae literae, quibus non modo res omnes, sed etiam rumores cognoscamus. Eas accipiemus Brundisii. Ibi enim Pomtinium ad eam diem, quam tu scripsisti, exspectare consilium est. Nos Tarenti, quos cum Pompeio διαλόγους de re publica habuerimus, ad te perscribemus; etsi id ipsum scire cupio, quod ad tempus recte ad te scribere possim, id

chè, per questo difetto tuo, io ho da te lettere meno lunghe. Or tu abbiti pure da me una risma: quantunque il mio scriverti in carta sì povera ti dice del mio risparmio in questo genere, che vorrei sapere degli atti e de' romori.... Oggimai, se di Cesare hai nulla di fermo, l'aspetto da te; e di tutte altre cose per man di Pontinio mi darai accurate novelle.

CLXXXVIII. (Ad Att. V, 5)

Argomento. Dice ad Attico di nulla avere da scrivergli, nè comandargli; e che aspetta sue lettere a Brindisi.

Scritta a Venosa, l'anno DCCII, a' 15 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

Al tutto non ho che scrivere: da che nè ho cosa da commetterti, non avendo lasciato indietro briciolo, nè che contarti; posciachè non c'è nulla di nuovo, e di berteggiar non ho voglia: tante sono le cose che mi tengono in pensieri. Ti basti saper senza più, che la mattina de' 15 di maggio sul partir da Venosa [1] t'ho scritto questa, e che si crede in quel dì essersi fatto qualcosa in Senato. Adunque le tue lettere mi vengano dietro, ragguagliandomi non solo di tutte le cose, ma eziandio de' romori. Io le riceverò a Brindisi; conciossiachè io son deliberato di aspettar Pontinio fino al giorno che tu m'hai scritto. E tu avrai da me ogni cosa che in Taranto avrò con Pompeo ragionato della Repubblica: quantunque è questo medesimo voglio da te sapere, fino a qual tempo io ti possa scrivere sicuramente; il che vien a dire, quanto

est, quam diu Romae futurus sis; ut, aut quo dem posthac literas, sciam, aut ne dem frustra. Sed ante quam proficiscare, utique explicatum sit illud H-S xx et DCCC [4]. Hoc velim in maximis rebus et maxime necessariis habeas; ut, quod auctore te velle coepi, adiutore assequar [5].

CLXXXIX.

(Ad Att. V, 6)

Argumentum. Scribit se dies, quoad Pomtinius legatus venerit, Tarenti cum Pompeio consumturum; petitque, ut negotium de Caesaris nomine dissolvendo conficiat.

Scr. Tarenti A. V. C. DCCII, XV Kal. Iun.

CICERO ATTICO S.

Tarentum veni a. d. XV Kalend. Iunias. Quod Pomtinium statueram exspectare, commodissimum duxi, dies eos, quoad ille veniret, cum Pompeio consumere: eoque magis, quod ei gratum esse id videbam; qui etiam a me petierit [1], ut secum et apud se essem quotidie: quod concessi libenter. Multos enim eius praeclaros de re publica sermones accipiam; instruar etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium [2]. Sed ad te brevior iam in scribendo incipio fieri, dubitans Romaene sis, an iam profectus. Quod tamen quoad ignorabo, scribam aliquid potius, quam commit-

tempo ancora starai tu in Roma, acciocchè io e sappia ricapito che quinci innanzi io debba dare alle lettere, e non le mandi a bel diletto. Ma, prima che tu parta, vedi di lasciar bello e spacciato l'affare degli ottocentomila sesterzii. Io vorrei che questo tu lo avessi per una delle più importanti e più necessarie cose del mondo: acciocchè quel disegno che a' tuoi conforti [a] ho adombrato, io il possa, dandomi tu di spalla, colorire.

CLXXXIX. (Ad Att. V, 6)

Argomento. Scrive di voler in Taranto logorar con Pompeo i giorni che starà aspettando Pontinio suo legato; e lo prega di spacciar la bisogna del suo debito con Cesare.

Scritta a Taranto l'anno DCCII, a' 18 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

Arrivai a Taranto a' 18 di maggio. Essendo io già deliberato di aspettar qui Pontinio, ho giudicato il maggior acconcio del mondo di logorar con Pompeo il tempo che egli avrebbe badato a venire; e ciò vie meglio, che io vedea di fargli cosa grata: anzi egli mi pregò che io volessi essere con lui, e in casa sua; di che assai di grado gli fui cortese: da che io l'udirò lungamente ed eccellentemente parlare della Repubblica; ed oltre a questo, n'andrò da lui provveduto di buoni consigli per questo mio affare. Quanto a te, io comincio già scriver più breve, sopra il sospetto se tu sii in Roma, o già partitone. E tuttavia, quanto io sarò in questa ignoranza, scriverò piuttosto

tam, ut, tibi quum possint reddi a me literae, non reddantur. Nec tamen iam habeo, quod [3] aut mandem tibi, aut narrem. Mandavi omnia, quae quidem tu, ut polliceris, exhauries: narrabo, quum aliquid habebo novi. Illud tamen non desinam, dum adesse te [4] putabo, de Caesaris nomine [5] rogare, ut confectum relinquas. Avide exspecto tuas literas, et maxime, ut norim tempus profectionis tuae.

CXC. (Ad Att. V, 7)

Argumentum. Brevitatem literarum excusat, et se triduum cum Pompeio fuisse narrat.

Scr. Tarenti A. V. C. DCCII, XI Kal. Iun.

CICERO ATTICO S.

Quotidie, vel potius in dies singulos [1], breviores literas ad te mitto. Quotidie enim magis [2] suspicor te in Epirum iam profectum. Sed tamen, ut mandatum scias me curasse; quot ante [3], ait se Pompeius quinos praefectos delaturum novos [4]; vacationis [5] iudiciariam causam. Ego quum triduum, cum Pompeio et apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brundisium a. d. XIII [6] Kal. Iunias. Civem illum egregium relinquebam, et ad haec, quae timentur [7], propulsanda paratissimum [8]. Tuas literas exspectabo, quum ut, quid agas, tum, ut ubi sis [9], sciam.

checchessia, anzi che contentarmi di non ti mandar lettere, potendo farlo; e non miga che io abbia nulla da commetterti, o narrarti. Le mie commissioni t'ho fatte tutte, alle quali tu, secondo la tua promessa, darai effetto. Ti narrerò quando avrò qualcosa di nuovo. Ma finattanto che io ti crederò in Roma, non rifinerò di pregarti circa il debito mio con Cesare, che tu non parta se non a cosa finita. Io muoio d'aver tue lettere, e soprattutto che mi notino il tempo del tuo partire.

CXC.

(Ad Att. V, 7)

Argomento. Gli si scusa della brevità delle lettere, e gli conta di essere stato tre dì con Pompeo.

Scritta a Taranto l'anno DCCII, a' 22 di Maggio.

CICERONE AD ATTICO S.

Ogni giorno, o piuttosto l'un dì più che l'altro, ti scrivo più breve, crescendomi dì per dì il sospetto che tu sii mosso già per l'Epiro. Tuttavia, acciocchè tu sappia che io ho dato opera alla tua commissione, Pompeo mi disse di darmi, quanti erano per lo addietro, cinque prefetti [1] nuovi [2], vacazione per causa giudiciaria. Dopo essere io stato tre dì con Pompeo, ed in casa Pompeo, mi mossi alla volta di Brindisi, a' 20 di maggio, lasciando quell'egregio cittadino tutto voglia di repulsare questi mali che ci fanno temere [3]. Mi scriverai per farmi sapere sì quello che tu faccia, e sì dove sii.

CXCI. (Ad Div. III, 3)

Argumentum. 1 Significat sibi Appii legatum Brundisii praesto fuisse, et ex Appii mandatis praesidio firmiore opus esse ad provinciam, monuisse. 2 Petit igitur ne militum numerum diminuat, 3 seque, simulac Pomtinius legatus venerit, prima navigandi facultate usurum, nuntiat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCII, IX Kal. Iun.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D.

1 A. d. XI Kalendas Iunias Brundisium quum venissem, Q. Fabius, legatus tuus, mihi praesto fuit, eaque me ex tuis mandatis monuit, quae non mihi [1], ad quem pertinebant, sed universo senatui venerant in mentem, praesidio firmiore [2] opus esse ad istam provinciam [3]. Censebant enim omnes fere [4], ut in Italia supplementum meis, et Bibuli legionibus [5] scriberetur. Id quum Sulpicius [6] consul passurum se negaret, multa nos quidem questi sumus: sed tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit: itaque fecimus [7]. Nunc, quod a te petii literis iis, quas Romae tabellariis tuis dedi, velim tibi curae sit, ut, quae successori coniunctissimo et amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit, ea pro nostra consociatissima [8] voluntate, cura ac diligentia tua complectare: ut omnes in-

CXCI. (A Div. III, 3)

Argomento. 1 Gli fa sapere come in Brindisi era stato a trovarlo il legato di Appio; ed egli fattogli sapere che alla provincia facea bisogno, secondo l'ordine dato da Appio, di una più forte guarnigione. 2 Il prega dunque di non iscemare il numero de' soldati; 3 e gli significa, come appena venuto il legato Pontinio si metterebbe in mare al primo mettersi di buon vento.

Scritta a Brindisi l'anno DCCII, a' 24 di Maggio.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO S.

1 Essendo io arrivato a Brindisi a' 22 di maggio, fu da me Q. Fabio [1] tuo legato, e di tua commissione mi fece sapere quelle cose le quali non pure a me, al quale appartenevano, ma erano venute già in mente a tutto il Senato: cioè che a cotesta provincia facea bisogno di più grosso presidio; e presso che tutti giudicavano che nell'Italia fosse, per le legioni mie [2] e di Bibulo, fatta leva di reclute. Ora conciossiachè il console Sulpicio [3] affermasse che non patirebbe mai questa cosa, noi n'abbiamo fatti di forti richiami; ma il Senato ci stringeva a tosto partire, con tanta concordia di voleri, che ci fu forza obbedire, sì come s'è fatto. Ora, secondo che te ne pregai nella lettera da me in Roma consegnata a' tuoi corrieri [4], io vorrei che di tutti que' servigi che ad un successore congiuntissimo ed amicissimo può fare colui che rassegni la provincia, tu (per la mia costantissima [5] affezione a te) abbi a cuore di afferrarle coll'usato tuo studio e diligenza: sicchè tutti conoscano che nè io succedere

telligant, nec me benivolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere.

2 Ex iis literis, quarum ad me exemplum misisti, quas in senatu recitari voluisti, sic intellexeram, permultos a te milites esse dimissos; sed a mihi Fabius idem demonstravit, id te cogitasse facere; sed, quum ipse a te discederet, integrum [10] militum numerum fuisse. Id si ita est: pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quam minimum [11] imminueris: qua de re senatus consulta, quae facta sunt, ad te missa esse arbitror. Equidem pro eo, quanti te facio, quicquid feceris, approbabo; sed te quoque confido ea facturum, quae mihi intelliges maxime esse accommodata.

3 Ego C. Pomtinium, legatum meum [12], Brundisii exspectabam: eumque ante Kalendas Iun. Brundisium venturum arbitrabar; qui quum venerit, quae primum navigandi nobis facultas data erit, utemur. Vale.

CXCII. (Ad Div. VIII, 1)

Argumentum. 1 Commentarium mittit rerum urbanarum, et excusat se quod alteri negotium illius colligendi dederit. 2 Addit, de comitiis Transpadanorum esse rumorem, de successione autem Galliarum nihil relatum; 3 de Pompeio cupere se aliquid cognoscere; 4 de Caesare varia dissipari. 5 Addit quaedam de L. Pompeio et Planco Bursa ac de politicis Ciceronis libris.

ad uom più benvogliente del mondo, nè tu potevi rassegnar la provincia ad uno che ti fosse più amico.

2 Dalle lettere (di che tu mi mandasti la copia) che tu volesti fossero lette in Senato, io compresi che tu a molti soldati avevi dato il benservito: ma veramente lo stesso Fabio mi disse che di ciò avevi tu ben fatto disegno, ma che alla partenza sua c'era tutto il numero delle legioni. Se ciò è vero, mi farai sommo piacere di scemar il meno che tu potrai queste poche di truppe che tu hai; intorno a che, ben credo, ti furono mandati i senatoconsulti che ne furono fatti. Certamente, secondo la stima che fo di te, io loderò tutte le cose che tu farai; ma e mi confido che altresì tu farai quelle che vedrai più essere il caso mio.

. . . .

3 Io sto qui aspettando il mio legato C. Pontinio [6], il qual dovrebbe esser qui prima di giugno. Venuto che e' sia, al primo destro che ci si dia innanzi di navigare, lo piglieremo. A Dio.

CXCII.

(A Div. VIII, 1)

Argomento. 1 Gli manda il sunto de' fatti urbani, scusandoglisi d'averlo fatto fare ad un altro. 2 Aggiugne della voce che c'era de' comizii Traspadani; ma del succedere nelle Gallie, niente essere ancora stato proposto; 3 che egli bramava d'aver novelle di Pompeo; 4 di Cesare chi ne dice una, chi un'altra. 5 Tocca qualcosa di L. Pompeo, di Planco Bursa e de' libri della Repubblica.

Scr. Romae A. V. C. DCCII, circa VIII Kal. Iun.

M. CAELIVS[1] S. D. M. CICERONI

1 Quod tibi decedens[2] pollicitus sum, me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum: data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear, ne tibi nimium arguta[3] haec sedulitas videatur: tametsi tu, scio, quam sis curiosus, et quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quae domi gerantur, fieri certiores. Tamen in hoc te deprecor[4], ne meum hoc officium[5] arrogantiae condemnes, quod hunc laborem alteri delegavi. Non quin[6] mihi suavissimum sit, et occupato, et ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerrimo, tuae memoriae dare operam; sed ipsum[7] volumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat. Nescio cuius[8] otii esset, non modo perscribere haec, sed omnino animadvertere. Omnia enim sunt ibi senatus consulta, edicta, fabulae[9], rumores: quod exemplum[10] si forte minus te delectarit, ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam, fac me certiorem. Si quid in re publica maius actum erit, quod isti operarii minus commode persequi possint; et quemadmodum actum sit, et quae existimatio secuta, quaeque de eo spes sit[11], diligenter tibi perscribemus.

Scritta a Roma l'anno DCCII, circa i 25 di Maggio.

M. CELIO [1] A M. CICERONE.

1 Secondo che io sul mio partir [2] t'ho promesso, di scriverti con ogni diligenza le cose della città [3]; così ho io posto cura di trovare chi tutte le venisse raccogliendo per modo, che io ho temuto non forse questa sua accuratezza ti dovesse putire di raffinatezza. Quantunque so io bene quanto tu sii vago di sapere, e quanto a tutti que' che son fuor di patria sia caro d'essere informati delle cose eziandio più minute che intravvengono a casa; e tuttavia ti prego che tu non voglia reputarmi ad arroganza questo mio ufizio, per aver io assegnata ad un altro questa fatica. Or non è già che non mi fosse dolcissimo (quantunque io sia occupato, ed a scrivere, come tu sai, tardissimo) il far cosa che aiutasse la tua memoria; ma la stessa mole del libro che ti mandai, leggermente, siccome io penso, mi ti scuserà: da che io non so uomo, che tanto non avesse niente da fare, il quale non pure distendere, ma nè al tutto potesse raccogliere con la mente tutte queste cose: da che qui sono tutti i senatoconsulti, gli editti, le commedie, i rumori 4. Il qual fascio di cose se forse poco ti dà diletto, fammelo assapere, acciocchè io non getti il mio nel darti questa seccaggine. Se nulla si faccia nella Repubblica di più importanza, che questi scrivani non possano frugar troppo accuratamente, ed io sottilmente ti scriverò il come la cosa fosse fatta, e' pareri che ne seguirono, e le speranze che ne furono prese.

2 Vt nunc est [12], nulla magnopere exspectatio est. Nam et illi rumores [13] de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt: Romam quum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem [14] de ea re accepi. Praeterea Marcellus [15], quod adhuc nihil retulit de successione [provinciarum] [16] Galliarum, et in Kalendas Iun., ut mihi ipse dixit, eam distulit relationem: sanequam eos sermones expressit [17], qui de eo tum fuerunt, quum Romae nos essemus.

3 Tu si Pompeium, ut volebas, offendisti [18]: qui tibi visus sit, et quam orationem habuerit tecum, quamque ostenderit voluntatem (solet enim aliud sentire et loqui [19], neque tantum valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat), fac mihi perscribas [20].

4 Quod ad Caesarem attinet [21], crebri et non belli de eo rumores, sed susurratores dumtaxat veniunt: alius equitem [22] perdidisse, quod, opinor [23], certe factum est; alius septimam legionem vapulasse; ipsum apud Bellovacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu. Neque adhuc certi quicquam est, neque haec incerta tamen [24] vulgo iactantur: sed inter paucos, quos tu nosti, palam secreto [25] narrantur; at Domitius [26], quum manus ad os apposuit.

5 Te a. d. VIIII Kal. Iun. subrostrani [27] (quod illorum capiti sit!) dissiparant periisse: ita, ut

2 Per al presente non si aspetta gran fatto nulla: da che eziandio que' rumori dei comizii de' Traspadani [5], arrivati a Cuma [6], freddarono; ed essendo io venuto a Roma, non ho sentito di questo fatto nè eziandio un bucinare [7]. In oltre Marcello [8] fino ad ora nulla intavolò circa il succedere nella provincia delle Gallie; e, come egli medesimo disse a me, si riserva di farlo al primo di giugno [9]: e bene egli affogò il dire che si faceva allora di lui, essendo io in Roma.

3 Se tu ti se' scontrato, secondo il tuo desiderio, in Pompeo [10], deh! scrivimi, quale tu l'abbi trovato, e quello che ti disse, ed animo che egli mostrò: chè ben suole egli altro aver dentro ed altro sulla lingua, sebbene egli non ha tal valore d'ingegno da non lasciar traspirare dove egli penda.

4 Quanto a Cesare, di lui si dicono mille cose, e non di buon conio; ma egli è un chiacchierar senza più. Chi dice, lui aver perduto la cavalleria, ed io il credo troppo; chi, la legion settima aver toccate le sue, e lui medesimo preso in mezzo sotto Beauvais [11], tagliato dall'altro esercito: ma non è anche nulla di fermo. Or queste cose in aria non si spargono già in pubblico, ma si contano di celato fra que' pochi che tu ben conosci [12]. Ma Domizio si pone il dito su dal mento al naso.

5 La feccia che assedia i rostri avea sparso voce che a' 24 di maggio (così possa loro avvenire!) tu eri

in urbe ac foro toto maximus rumor fuerit[28], te a Q. Pompeio[29] in itinere occisum. Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis[30] emeticam facere, et usque eo, ut ego misererer eius esuriei, non sum commotus; et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur[31], optavi. Plancus quidem tuus[32] Ravennae est, et magno congiario donatus a Caesare, nec beatus, nec bene instructus est. Tui politici libri[33] omnibus vigent.

CXCIII. (Ad Att. V, 8)

Argumentum. Rogat Atticum, ut suspicionem iniuriae Miloni, ob quaedam eius bona a Philotimo Terentiae liberto emta, factae, a se amoveat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCII, IV Non. Iun.

CICERO ATTICO S.

Me et incommoda valitudo, qua iam emerseram[1], utpote quum sine febri laborassem, et Pomtinii[2] exspectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duodecimum iam diem Brundisii. Sed cursum[3] exspectabamus. Tu si modo es Romae; vix enim puto: sin es, hoc[4] vehementer animadvertas velim. Roma acceperam literas, Milonem meum queri per literas[5] iniuriam meam, quod Philotimus socius[6] esset in bonis suis. Id ego ita fieri volui de C. Duronii senten-

morto: cotalchè nella città e per tutto il Foro [13] si faceva un dire grandissimo che tu da Q. Pompeo Rufo eri stato morto per via. Io che sapeva come Q. Pompeo [14] faceva a Bauli [15] la cura de' vomitorii [16], ed era in tal termine che la sua fame mi moveva a pietà, mi sono lasciato dire, ed ho desiderato che da tutti i pericoli che ti possono incontrare, tu ne uscissi come da questa favola. Il tuo Planco [17] è in Ravenna [18]; e conciossiachè larga mancia abbia avuta da Cesare [19], non è però più ricco, nè ben fornito. I tuoi libri della Repubblica [20] sono levati a cielo da tutti.

CXCIII. (Ad Att. V, 8)

Argomento. Prega Attico a deporre il sospetto d'ingiuria fatta a Milone, per conto di certi beni di lui, comprati da Filotimo liberto di Terenzia.

Scritta a Brindisi l'anno DCCII, a' 2 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

L'esser io in mal essere (quantunque già ne son fuori), da che io fui ammalazzato senza febbre, e sì lo stare aspettando Pontinio (del quale io non ebbi anco pure un sentore), mi ritenne, oggi è dodici giorni, qui in Brindisi: ma sto aspettando buon vento. Se tu se' ora in Roma (che peno a crederlo), se ci sei, dico, fa di porre ben mente a quello che ho detto. Mi fu scritto da Roma che il mio Milone si tiene offeso di me nelle sue lettere, che io abbia preso per socio Filotimo [1] nel fatto de' suoi beni. Io ho creduto che la cosa andasse bene così, sopra il parer di C. Duronio [2],

tia; quem et amicissimum Miloni perspexeram, et talem virum, qualem tu iudicas, cognoram. Eius autem consilium, meumque hoc fuerat: primum, ut in potestate nostra esset res, ne illum malus emtor et alienus [7] mancipiis, quae permulta secum habet, spoliaret; deinde, ut Faustae [8], cui cautum ille voluisset [9], ratum esset. Erat etiam illud, ut ipsi [10] nos, si quid servari posset, quam facillime servaremus. Nunc rem totam perspicias velim. Nobis enim scribuntur saepe maiora. Sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Fausta vult, Philotimus (ut ego ei coram dixeram, mihique ille receperat) ne sit [11] invito Milone in bonis: nihil nobis fuerit tanti [12]. Sin haec leviora sunt, tu iudicabis. Loquere cum Duronio. Scripsi etiam ad Camillum, ad Lamiam [13]: eoque magis, quod non confidebam Romae te esse. Summa erit haec: statues, ut ex fide, fama, reque mea videbitur.

CXCIV. (Ad Div. III, 4)

Argumentum. 1 Exspectari a se scribit L. Clodium cum mandatis. 2 Suum studium pollicetur, cuius causas exponit.

conoscendolo amicissimo di Milone, e tale uomo quale tu medesimo il tieni. Ora ed egli ed io volevamo provvedere, prima che noi avessimo tanto in mano da impedire che un cattivo compratore o strano non lo spogliasse de' servi che egli ha a gran numero; l'altra, che e' ci fosse la soddisfazione dell'animo di Fausta, alla quale egli volle che fosse avuto riguardo. Ma e' c'era anche altro, cioè che noi medesimi, se nulla potea salvarsi, il salvassimo con la facilità che si potesse maggiore. Or fa di esaminar da ogni lato l'affare: da che a me si scrivono spesso le cose esagerate. Ma se Milone si duole, se scrive agli amici, e se Fausta è della medesima voglia, che Filotimo (come io avea detto a lui medesimo sul viso, ed egli a me se n'era obbligato) non abbia punto parte in questi beni, contro il piacer di Milone, non è cosa del mondo che per me vaglia tanto. Se poi l'affare non è di tanto peso, fa tu: parlane con Duronio. Ne ho scritto eziandio a Camillo [3] ed a Lamia [4], principalmente per questo, che io non mi tenea certo che tu fossi in Roma. Per recartela ad oro: tu prenderai quella deliberazione che ti parrà essere della lealtà, dell'onore e del ben mio.

CXCIV. (A Div. III, 4)

Argomento. 1 Scrive di aspettar L. Clodio con commissioni. 2 Gli promette assai del suo zelo, e gliene espone le cagioni.

Scr. Brundisii A. V. C. DCII, Non. Iun.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO. S. D.

1 Pridie Nonas Iunias quum essem Brundisii, literas tuas accepi: quibus erat scriptum, te L. Clodio mandasse, quae illum mecum loqui velles. Eum sane exspectabam, ut ea, quae a te afferret, quam primum cognoscerem.

Argomento. Scrive del suo viaggio verso la provincia, delle novelle avute di là; e prega Attico che gli scriva di quello che si faccia nella Repubblica, e che dia effetto alle sue raccomandazioni.

Scritta a Tralli l'anno DCCII, circa a' 27 di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Prima che io abbia preso posta ferma, non ti aspettar da me lettere nè lunghe, nè sempre di mia mano. Come abbia comodo, farò e l'uno e l'altro. Il mio

praestabo [1]. Nunc iter conficiebamus aestuosa et pulverulenta via. Dederam Epheso pridie [2]; has dedi Trallibus. In provincia mea fore me putabam Kal. Sextilibus. Ex ea die, si me amas, παράπηγμα ἐνιαύσιον [3] commoveto. Tamen interea haec, quae vellem, mihi afferebantur: primum otium Parthicum [4], dein confectae pactiones publicanorum, postremo seditio militum sedata ab Appio [5], stipendiumque eius usque ad Idus Quintiles persolutum. Nos Asia accepit admirabiliter. Adventus noster nemini ne minimo quidem fuit sumtui. Spero meos omnes [6] servire laudi meae. Tamen magno timore sum [7]: sed bene speramus. Omnes iam nostri [8], praeter Tullium tuum, venerunt. Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, aestivos menses reliquos rei militari dare, hibernos iurisdictioni. Tu, velim, si me nihilo minus nosti curiosum in re publica, quam te, scribas ad me omnia, quae sint, quae futura [9] sint. Nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quae tibi mandavi, confeceris; in primisque illud ἐνδόμυχον [10]; quo mihi scis nihil esse carius. Habes epistolam plenam festinationis et pulveris. Reliquae subtiliores erunt.

viaggio fu per istrada piena di caldo e di polvere. Ti scrissi ieri da Efeso; questa da Tralli. Io fo ragione di avere messo piede nella mia provincia al caleu d'agosto. Dal qual dì, se mi ami, comincia brogliare per la commessione dell' anno. Intanto buone novelle: la prima, i Parti tranquilli; l'altra, i patti co' publicani fermati; da ultimo, la sedizion de' soldati da Appio acquetata, e la paga snocciolata loro fino a' 15 di luglio. L'Asia ci ha fatto accoglienze maravigliose; la mia venuta non diede a nessuno spesa d'un soldo. Spero che tutta la mia famiglia voglia servire alla mia fama: tuttavia sono in gran timore; ma vo' sperar bene. Son qui tutti i nostri, dal tuo Tullio in fuori. Io avea l'animo di condurmi difilato all'esercito, assegnando i mesi d'estate che restano alle bisogne della milizia, a tener ragione quelli del verno. Se tu mi conosci niente meno di te curioso de' fatti pubblici, scrivimi di ogni cosa, sì delle presenti e sì delle a venire. Non potresti farmi maggior piacere di questo; se già questo non mi fosse tuttavia più caro: cioè tu mi spacciassi le cose che ti ho raccomandato, in ispezieltà quel misterò del quale ben sai nulla essere al mondo che più mi stia a cuore. Abbiti questa, piena di fretta e di polvere; per innanzi saranno più accurate.

CCV. (Ad Div. III, 5)

Argumentum. 1 Appio gratias agit, danti operam, ut expeditam provinciam traderet; 2 deinde itineris rationem exponit, ut Appius de congressu statuat. 3 Suum cum Scaevola congressum Ephesi exponit.

Scr. Trallibus A. V. C. DCCII, IV Kal. Sext.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D.

1 Tralles veni a. d. VI Kalend. Sextiles. Ibi mihi praesto fuit L. Lucilius cum literis mandatisque tuis: quo quidem homine, neminem potuisti nec mihi amiciorem, nec, ut arbitror, ad ea cognoscenda, quae scire volebam [1], aptiorem prudentioremve mittere. Ego autem et tuas literas legi libenter, et audivi Lucilium diligenter. Nunc, quoniam et tu ita sentis (scribis enim, quae de nostris officiis ego ad te scripserim, etsi tibi iucunda fuerint [2], tamen, quoniam ex alto repetita sint, non necessaria te putasse), et re vera, confirmata amicitia et perspecta fide, commemoratio officiorum supervacanea est; eam partem orationis praetermittam: tibi tamen agam, ut debeo, gratias. Animadverti enim et didici ex tuis literis [3], te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres, restitueresque et praeparares [4] quodam modo omnia, quo mea ratio facilior et

CCV. (A Div. III, 5)

Argomento. 1 Rende grazie ad Appio, che desse opera di consegnargli la provincia in buon essere; 2 gli espone l'ordine del suo viaggio, acciocchè egli fermi il luogo del loro abboccamento. 3 Gli significa l'incontro che ebbe con Scevola ad Efeso.

Scritta a Tralli l'anno DCCII, a' 29 di Luglio.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO S.

1 Arrivai a Tralli [1] a' 27 di luglio. Quivi fu a me L. Lucilio con lettere e commissioni tue. Or tu non potevi mandarmi altra persona che più fosse mia, nè (a parer mio) meglio fatta a informarmi delle cose che io voleva sapere, nè più prudente di lui. Le tue lettere ho letto volentieri, e attentamente ascoltato Lucilio. Tu mi scrivi che ben ti furono care le cose che io t'avea scritto circa gli ufizii tra te e me; ma che, per essere tratte troppo da alto, non ti parevano necessarie. Or bene: poi dunque che anche tu la senti così (e veramente, essendo già ben chiavata l'amicizia nostra, e la fede sicura, egli è un soprappiù a ricordare degli ufizii), io lascerò da l'un de' lati questo discorso. E nondimeno, secondo che è dover mio, ti renderò grazie, avendo io ben veduto e notato nelle tue lettere come tu in ogni cosa ti se' dato pena del ben mio, e di restituirmi le cose sì ben quasi racconce, che il mio governo dovesse poter procedere più leggeri

solutior esse posset. Hoc tuum officium quum mihi gratissimum esse dicam, sequitur illud, ut te existimare velim, mihi magnae curae fore, atque esse iam, primum ut ipse tu tuique omnes, deinde ut etiam reliqui scire possint, me tibi esse amicissimum. Quod quibus adhuc non satis est perspectum, ii mihi nolle magis, nos hoc animo esse, quam non intelligere videntur. Sed profecto intelligent; neque enim obscuris personis [5], nec parvis in causis res agetur. Sed haec fieri melius, quam dici, aut scribi volo.

2 Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in provincia: ea res sic se habet. Brundisii quum loquerer cum Phania, liberto tuo, veni in eum sermonem, ut dicerem, me libenter ad eam partem provinciae primum esse venturum, quo [6] te maxime velle arbitrarer. Tunc mihi ille dixit, quod classe tu velles decedere [7], per fore accommodatum tibi, si ad Sidam [8] [maritimam partem provinciae] navibus accessissem. Dixi me esse facturum: itaque fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Corcyrae dixisset, minime id esse faciendum: te Laodiceae fore ad meum adventum. Erat id mihi multo brevius, multoque commodius, quum praesertim te ita malle [9] arbitrarer. Tua ratio postea est commutata. Nunc, quid fieri possit, tu facillime statues. Ego tibi meum consilium

e andar co' suoi piedi. Questa tua cortesia dunque mi fu carissima: ma voglio eziandio che tu sii ben certo che io avrò molto a cuore (e l'ho già fino al presente) prima che tu medesimo e tutti i tuoi; in oltre che gli altri debbano essere certificati che io ti voglio tutto il mio bene. La qual cosa se c'è alcuni che ancora non l'abbiano conosciuta, io dico ciò avvenire non perchè nol conoscano, anzi perchè arrabbiano del vederci così insieme congiunti; ma, tel prometto, lo conosceranno: da che la cosa non passerà tra oscure persone [2], nè in cose di picciol conto. Ma il fatto, meglio che il detto o lo scritto, loderà il maestro.

2 L'ordine da me posto a' miei viaggi mostra che ti renda incerto circa il dovermi vedere, o no, in questa provincia. La cosa è qui. Parlando io in Brindisi con Fania tuo liberto, il ragionamento mi trasse a dire che io volentieri sarei entrato nella provincia in tal parte che mi paresse di maggior tuo piacere. Egli allora rispose che tu volevi pigliar commiato per mare: e pertanto ti sarebbe stato assai comodo che io pigliassi terra a Sida, parte marittima della provincia. Io dissi di farlo; e così avrei fatto, se il nostro L. Clodio non m'avesse detto in Corfù quella non esser la via, ma che tu saresti a Laodicea ad aspettarmi. Ciò mi tornava molto più spacciativo e più comodo, massime che io lo credeva di tuo piacere. Ma tu debbi aver mutato consiglio. Ora con niuna fatica tu dei deliberar quello che da far sia, ed io ti metto in mano quello che ho deliberato io. Io mi credo essere

exponam. Prope [10] Kal. Sextiles puto me Laodiceae fore: ibi perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quae mihi ex publica permutatione debetur [11], commorabor. Deinde iter faciam ad exercitum, ut circiter Idus Sextil. putem me ad Iconium fore. Sed si quid nunc me fallit in scribendo (procul enim aberam [12] ab re ipsa, et a locis) simul ac progredi coepero, quam celerrime [13] potero, et quam creberrimis literis faciam; ut tibi nota sit omnis ratio dierum atque itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audeo quicquam, nec debeo. Sed (quod commodo tuo [14] fieri possit) utriusque nostrum magni interest, ut te videam ante, quam decedas. Quam facultatem si quis casus [15] eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt, non secus ac si te vidissem. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mandaturus per literas, quam desperaro coram me tecum agere posse.

3 Quod te a Scaevola [16] petiisse dicis, ut, dum tu abesses, ante adventum meum, provinciae praeesset: eum ego Ephesi vidi; fuitque mecum familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum; nec ex eo quicquam audivi, quod sibi a te mandatum diceret. Sane [17] vellem potuisset obsequi voluntati tuae. Non enim arbitror noluisse. Vale.

in Laodicea l'ultimo di luglio, dove mi rimarrò pochi giorni per riscuoter la somma che del pubblico cambio mi si viene. Indi passerò all'esercito [3], sicchè intorno a' 13 mi credo essere ad Iconio [4]. Ma se io punto fallassi in queste ragioni (da che io sono assai lontano così dal fatto, come da' luoghi), come io mi sia messo alla partenza, con ispesseggiare e sollecitar di lettere il più che potrò, ti farò sapere tutto l'ordine de' miei giorni e delle mie mosse. Io non ti debbo nè oso imporre nulla di pesi: tuttavia, se a tuo agio puoi farlo, credo importare assai all'uno e all'altro di noi che, prima del tuo diporre il governo, noi siamo insieme. Che se qualche sinistro ci toglie il modo di farlo, non resterà per questo che tutti i miei ufizii con te non rimangano saldi, nè più nè meno che se io t'avessi veduto. Certo io non ti scriverò nulla de' fatti nostri, nè delle raccomandazioni, che prima non abbia perduta ogni speranza di poterne teco trattar di presenza.

3 Tu mi scrivi d'aver pregato Scevola [5] che nella tua assenza, prima del mio arrivo, continuasse a governar la provincia. Ma che? io lo vidi in Efeso, e fummo insieme assai domesticamente tutti i tre dì che io ci son dimorato; nè egli mi fece saper nulla, che egli dicesse da te essergli raccomandato. Certo io avrei avuto caro che egli ti potesse far quel piacere: da che non credo che egli non l'avesse voluto. A Dio.

CCVI.
(Ad Div. VIII, 4)

Argumentum. 1 Scribit de damnatione Messalae et Serv tr. pl. designati; de C. Marcello cos. designato, de Do labella XVviro creato, Lentulo repulso, de Curione 2 de comitiis, 3 de actis in senatu, de Caesaris animo erga Pompeium; 4, 5 de suis tandem rebus, quas commendat.

Scr. Romae A. V. C. DCII, Kal. Sext.

M. CAELIVS M. CICERONI S. D.

1 Invideo tibi: tam multa [1] quotidie, quae mirere, istuc perferuntur. Primum illud, absolutum Messalam [2], deinde eumdem condemnatum; C Marcellum consulem factum [3]; M. Claudium is repulsa postulatum a Gallis duobus; P. Dolabellam quindecimvirum [4] factum. Hoc tibi non invideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo, et Lentuli Cruris [5] repulsi vultum non vidisse. At qu spe, quam certa opinione descenderat? [6] quam ipso diffidente Dolabella? Et hercules, nisi nostri equites [7] acutius vidissent, paene concedente adversario superasset. Illud te non arbitror miratum [8], Servium, designatum tribunum plebis, condemnatum: cuius locum C. Curio petiit. Sane quam incutit multis, qui eum facilitatemque [9] eius non norunt, magnum metum. Sed, ut spero et volo et, ut se fert [10] ipse, bonos et senatum malet

CCVI. (A Div. VIII, 4)

Argomento. 1 Scrive della condanna di Messala e di Servio disegnato tribun della plebe; di C. Marcello disegnato console, di Dolabella creato de' Quindici, di Lentulo sfrattato, di Curione; 2 de' comizii; 3 delle cose trattate in senato, dell'animo di Cesare verso Pompeo; 4, 5 finalmente de' fatti proprii che gli raccomanda.

Scritta a Roma l'anno DCCII, il dì primo di Agosto.

M. CELIO A M. CICERONE S.

1 Io ti porto bene invidia, perchè ogni dì ti sono costà mandate novelle da fartene le maraviglie: prima, che Messala [1] fu assoluto; appresso, come egli medesimo fu condannato [2]; che C. Marcello [3] fu eletto console; M. Claudio [4] dopo lo sfratto accusato da' due Gallii; Dolabella [5] creato de' Quindici [6]. Non così ti porto invidia che tu abbia perduto lo spettacolo più bello del mondo, del vedere l'aspetto di Lentulo Crure [7], quando ebbe il No. E forse che non ne avea tutta speranza, e non se la tenea bella ed in mano? [8] Dolabella medesimo si tenea quasi scavallato; e, ti prometto, se non che i nostri cavalieri [9] videro meglio la cosa, colui avrebbe vinto, cedendogli quasi l'avversario la mano. Ben credo io che tu non abbi fatto punto di maraviglia della condanna di Servio eletto tribun della plebe, il cui grado Curione dimandò. Veramente ciò ha messo in quelli, che lui e la sua cortese indole non conoscono, un grande timore; ma egli (così io spero e desidero, ed egli medesimo ci conta) starà col Senato e co' buoni. Per al presente

Totus, ut nunc est, hoc scaturit [11]. Huius voluntatis initium et causa est [12], quod eum non mediocriter Caesar, qui solet infimorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere, valde contemsit. Qua in re mihi videtur illud perquam venuste cecidisse, quod a reliquis quoque usque eo est animadversum: ut Curio, qui nihil consilio facit, ratione et insidiis usus videretur in evitandis eorum consiliis [13], qui se intenderant adversarios in eius tribunatum: Lollios [14], et Antonios, et id genus valentes dico.

2 Has ego tibi literas eo maiore misi intervallo, quod comitiorum dilationes occupatiorem me habebant, et exspectare in dies exitum cogebant, ut, confectis omnibus, te facerem certiorem. Ad Kalendas Sextiles usque exspectavi. Praetoriis [15] morae quaedam inciderunt. Mea porro comitia quem eventum sint habitura, nescio. Opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem [16], aedilium plebis comitiis, nacta sunt. Nam M. Caelium Vinicianum [17] mentio illa fatua, quam deriseramus olim, et promulgatio [18] de dictatore, subito deiecit, et deiectum magno clamore insecuta est. Inde Hirrum cuncti iam non faciendum [19] flagitare. Spero, te celeriter et de nobis quod sperasti, et de illo quod vix sperare ausus es [20], auditurum.

3 De re publica iam novi quicquam exspectare

egli è tutto in questo, ed in questo ribolle. Della qual sua propensione d'animo cagione e principio è stato, che Cesare (il quale è solito andar a caccia a qualunque gran prezzo dell'amicizia, eziandio de' più bassi [10]), più che si possa credere, lo svillaneggiò. Nel qual fatto egli è avvenuto una cosa nel più bell'acconcio del mondo; e così fu notato eziandio dagli altri: cioè che Curione, il quale niente fa mai provvedutamente, mise mano alla ragione ed alle pratiche in cessare le macchine di coloro che s'erano messi a rompergli il suo tribunato: io vo' dire de' Lollii e degli Antonii [11], e degli altri potenti di questa fatta.

2 Queste lettere ho io badato tanto a mandarti, perchè il differire de' comizii mi diede troppa faccenda, ed anche dovetti aspettarne l'esito di dì in dì, per dovertelo a cosa conchiusa comunicare. Aspettai fino al primo di agosto. I comizii pretorii [12] ebbero qualche ritardo; quanto a' miei, non so fine che debbano avere: ma ne' comizii degli edili di plebe [13], per conto di Irro, io ebbi da promettermene sopra ogni credenza. Conciossiachè, per quella pazza proposta [14] fatta e promulgata da lui intorno al dittatore (di che noi già facemmo le risa grasse), M. Celio Viniciano [15] ebbe di colpo la gambata, e la sua caduta fu seguita da un gran gridare di popolo. Dopo di che ad una voce fu dimandato che Irro fosse mandato a monte. Spero che fra non molto tu debba udire di me quello che tu speravi, e di lui quello che a stento avresti osato sperare.

3 Quanto a Repubblica, noi non avevamo più nulla

desieramus: sed quum senatus habitus esset ad Apollinis [21] a. d. XI Kalend. Sextiles, et referretur de stipendio Cn Pompeii: mentio facta est de legione ea, quam exspensam tulit [22] C. Caesari Pompeius, quo numero esset, quo appeteretur, quum ex Gallia coactus esset dicere Pompeius se legionem abducturum [23]; sed non statim sub mentionem et convicium obtrectatorum. Inde interrogatus est [24] de successione C. Caesaris: de qua, [hoc est, de provinciis] [25] placitum est, ut quam primum ad urbem reverteretur Cn. Pompeius; ut coram eo de successione provinciarum [26] ageretur. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus; et statim iit [27]. Puto Idibus Sextil. de ea re actum iri. Profecto aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur [28]. Nam in disputando coniecit illam vocem Cn. Pompeius: omnes oportere senatui dicto [29] audientes esse. Ego tamen sic nihil exspecto [30], quomodo Paullum consulem designatum primum sententiam dicentem.

4 Saepius te admoneo de syngrapha Sittiana [31]. Cupio enim te intelligere, eam rem ad me valde pertinere. Item de pantheris, ut Cibyratas [32] arcessas, curesque ut mihi vehantur.

5 Praeterea nuntiatum est [33] nobis, et pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Quid mihi suadeas [34], quomodo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas [35]. Kalendis Sextil.

a sperare di nuovo. Ma essendosi tenuto senato nel tempio d'Apolline a' 22 di luglio, e messo il partito dello stipendio di Gneo Pompeo [16], cadde il ragionare sulla legione che Pompeo avea rassegnata a C. Cesare; di quanti soldati ella fosse [17], e di quanti la dimandasse; quando Pompeo fu condotto a promettere di condurre dalle Gallie essa legione, ma non subito dopo la menzion fattane, e la sollecitazione de' maldicenti. Quindi fu richiesto intorno al dar successore a C. Cesare; intorno a che, e delle altre provincie, fu preso che Pompeo si riconducesse a Roma [18] al più presto, e lui presente si trattasse del succedere nelle provincie. Conciossiachè Pompeo era per muoversi all'esercito di Arimino, come fece di presente. Penso che di questo affare si tratterà a' 13 di agosto. E certo, o si conchiuderà qualcosa, o vi sarà fatta opposizion vergognosa: da che a Gneo Pompeo parlamentando venne detta questa parola: Convenire che tutti obbediscano al Senato. — Ma io sono tanto sicuro che ella debba esser bianca, quanto sono che Paolo eletto console sarà il primo a dir suo parere [19].

4 Io ti ritocco assai spesso l'affare del credito mio con Sizio, desiderando io forte che tu intenda come ciò importa molto allo stato mio. Simile delle pantere; che tu faccia venire i Cibirati [20], e vegga modo che me le piglino.

5 Oltre a ciò; ci fu rapportato (e passa per cosa certa) essere morto il re Alessandrino [21]. Scrivimi accuratamente, consiglio che tu mi dia circa lo stato di quel Regno; chi lo amministri. Il calen di settembre.

CCVII. (Ad Att. V, 15)

Argumentum. Iterum Atticum rogat, ut curet, ne sibi onus provinciae administrandae ultra annum prorogetur, paucis aliis interspersis.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCII, III Non. Sext.

CICERO ATTICO S.

Laodiceam veni pridie Kal. Sextiles; ex hoc die clavum anni movebis [1]. Nihil exoptatius adventu meo, nihil carius. Sed est incredibile, quam me negotii taedeat. Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi, et industriae meae praeclara opera cessat [2]. Quippe, ius Laodiceae me dicere, quum Romae A. Plotius dicat? et quum exercitum noster amicus [3] habeat tantum, me nomen habere duarum legionum [4] exilium? Denique haec non desidero; lucem, forum, urbem, domum, vos desidero. Sed feram, ut potero: sit modo annuum [5]. Si prorogatur, actum est. Verum perfacile resisti potest: tu modo Romae sis [6]. Quaeris, quid hic agam. Ita vivam, ut maximos sumtus facio. Mirifice delector hoc instituto. Admirabilis abstinentia ex praeceptis tuis: ut verear, ne illud, quod tecum permutavi [7], versura mihi solvendum sit. Appii vulnera non refrico; sed apparent, nec occuli possunt. Iter Lao-

CCVII. (Ad Att. V, 15)

Argomento. Ritocca ad Attico la cosa del non essergli allungato il governo oltre l'anno, e ci tramette poche altre cose.

Scritta a Laodicea l'anno DCCII, a' 3 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

Arrivai a Laodicea [1] l'ultimo di luglio. Da questo giorno tu moverai il chiodo dell'anno [2]. Non fu mai al mondo cosa più desiderata nè più cara del mio arrivo; ma egli non è da credere quanto mi pesi questo travaglio. Non ha la foga dell'animo mio (che tu ben conosci), non ha un campo che a me sia tanto; e quello sforzo della preclara mia attività si stà indarno. Bello, affè, che tenendo io ragione in Laodicea, A. Plozio [3] la tenga in Roma! e che avendo l'amico nostro [4] sì grande esercito, io non abbia più che il nome di due magre legioni! In somma le cose di qui non mi vanno a sangue: la luce, il Foro, la città, la famiglia, voi siete il mio desiderio. Ma me ne passerò alla meglio: solamente non passi l'anno. Se mi sia allungato, fammi morto: se non che di leggeri e' si può vincere facilmente. Fa pure tu d'essere in Roma. Tu vuoi sapere quello che io mi faccia qui. Sopra la vita mia, io mi conduco splendidamente; il qual mio tenore a meraviglia mi piace. Serbo un disinteresse mirabile, secondo tua scuola; e tanto, che io non vorrei che, pel danaro da te avuto a cambio, mi convenisse far nuovo debito. Non trassino le piaghe fatte da Appio [5]; ma elle sono sugli occhi di tutti, e non si può celarle.

dicea faciebam a. d. III Nonas Sextiles quum has literas dabam, in castra in Lycaoniam; inde ad Taurum cogitabam [8], ut cum Moeragene signis collatis, si possem, de servo tuo deciderem. Clitellae bovi sunt impositae [9]; plane non est nostrum onus; sed feremus: modo, si me amas, sit annuum. Adsis tu ad tempus, ut senatum totum excites. Mirifice solicitus sum, quod jam diu ignota sunt mihi ista [10] omnia. Quare, ut ad te ante scripsi, quum cetera, tum res publica, cura, ut mihi nota sit. Plura scribam alias; has tarde tibi redditum dabam, sed [11] familiari homini ac domestico, C. Andronico Puteolano. Tu autem saepe dare tabellariis publicanorum poteris, per magistros scripturae et portus [12] nostrarum dioecesium.

CCVIII. (Ad Att. V, 16)

Argumentum. 1 Nuntiat provinciam ab Appio immaniter vexatam, sua suorumque iustitia, abstinentia et clementia aliquantum recreari. 2 Praeterea Appium Tarsi forum agere, de Parthis silentium esse, Bibulum in provinciam nondum accessisse refert.

Scr. in via a Synnade in castra A. V. C. DCCII; circ. Id. Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Etsi in ipso itinere et via [1] discedebant publicanorum tabellarii, et eramus in cursu: tamen

Io scrissi questa a' 3 di agosto, andando da Laodicea al campo di Licaonia [6]. Di là facea ragione di passare al Tauro [7], per venir quivi alle mani con Meragene [8], e, potendo, diffinir la cosa del tuo schiavo. Al bue fu messo il basto. Al tutto non è soma dagli omeri nostri; ma reggeremola, sì veramente, per lo ben che mi vuoi, che non passi un anno. Fa d'esserci tu al tempo da ciò per tener desto tutto il Senato. Io sono in pena più che tu possa credere, per non saper nulla di tutti i fatti presenti; di che, come già t'ho scritto, fammi sapere sì delle pubbliche e sì delle altre faccende. Non iscrivo più avanti, sapendo che tardi avrai questa da C. Andronico Pozzolano; ma gliela consegnai per essere mio familiare e di casa. Or tu potrai consegnarne a' corrieri de' publicani per mano de' maestri di dogana [9] e de' porti della mia giurisdizione [10].

CCVIII.

(Ad Att. V, 16)

Argomento. 1 Gli conta come la provincia, fieramente malmenata da Appio, per la giustizia, disinteresse e dolcezza sua e de' suoi, respirava alcun poco. 2 Anche, come Appio tenea ragione in Tarso; de' Parti nessuna novella; Bibulo non essere ancora entrato nella provincia.

Scritta in viaggio da Sinnade al campo l'anno DCCII, circa a' 13 di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quantunque io fossi tuttavia in viaggio e lungo la via, quando partivano i corrieri de' publicani, ho

surripiendum aliquid putavi spatii, ne me immemorem mandati tui putares. Itaque subsedi in ipsa via, dum haec, quae longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem. Maxima exspectatione in perditam et plane eversam in perpetuum provinciam nos venisse scito pridie Kal. Sextiles. Moratus [2] triduum Laodiceae, triduum Apameae, totidem dies Synnade, audivimus nihil aliud, nisi imperata ἐπικεφάλια solvere non posse; ὠνὰς [3] omnium venditas; civitatum gemitus, ploratus; monstra quaedam non hominis, sed ferae nescio cuius immanis [4]. Quid quaeris? taedet omnino [5] vitae. Levantur tamen miserae civitates, quod nullus sit sumtus in nos, neque in legatos, neque in quaestorem, neque in quemquam. Scito, non modo nos foenum, aut quod lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem; nec, praeter quatuor lectos et tectum, quemquam accipere quicquam; multis locis ne tectum quidem, et in tabernaculo manere plerumque. Itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, ex vicis, ex domibus [6] omnibus. Mehercule etiam, adventu nostro, reviviscunt iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. Itaque opiniones omnium superavit.

2 Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam [7] se coniecit Tarsum usque; ibi forum agit [8]. De Partho silentium est: sed tamen con-

voluto trafugar questo brano di tempo, chè forse tu non credessi me aver dimenticato le tue commissioni [1]. Adunque mi son soffermato lungo essa via, tanto che ti scrivessi un sunto delle cose presenti, alle quali bisognerebbe più lungo parlare. Con infinita espettazione sappi che io son arrivato, l'ultimo di luglio, in questa desolata e sempremai rovinata provincia. Ne' tre dì che fummo in Laodicea, tre in Apamea e tre in Sinnade [2], niente altro abbiamo sentito che questo: Non possiamo pagare testatichi [3]; tutte le possessioni sono vendute [4]; pianti della città, gemiti: cose mostruose, non di uomo [5], ma di non so qual fiera crudele. Che ne vuoi più? del tutto pesa loro il vivere. Respirano tuttavia le sventurate città in questo, che elle non hanno a spendere un soldo nè in mantener noi, nè i legati nostri, nè il questore, nè nessun altro. Sappi che non pure noi non riceviamo da loro fieno, nè altro che è usato per la legge Giulia; ma nè eziandio le legne; e che, da quattro letti in fuori e il coperto, nessuno riceve niente; anzi in molti luoghi nè anche il coperto, ma il più stiamo sotto le tende. Di che supera ogni fede il concorso che si fa a noi da' campi, da' borghi, da tutte le case. Sopra l'anima mia, credilo: la mia venuta li tornò a vita; così la giustizia, il disinteresse, la clemenza del tuo Cicerone andò sopra l'opinione di tutti.

2 Appio, sentito che io veniva, si rincacciò nel fondo della provincia, sino a Tarso; ivi tien tribunale [6]. De' Parti nè una parola; e tuttavia que' che venivan di

cisos equites nostros a barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Bibulus ne cogitabat [9] quidem etiam nunc in provinciam suam accedere. Id autem facere ob eam causam dicebant, quod tardius vellet decedere. Nos in castra properabamus, quae aberant bidui.

CCIX. (Ad Att. V, 17)

Argumentum. 1 Dolet se nullas ab Attico literas accepisse. 2 De sua et suorum abstinentia erga provinciales; 3 de Ciceronibus filiis ad Deiotarum missis; 4 de filia collocanda; 5 de provincia sibi non proroganda; 6 de Appio Tarsum profecto.

Scr. in itinere ad castra A. V. C. DCCII, paullo post super.

CICERO ATTICO S.

1 Accepi Roma sine epistola tua fasciculum literarum: in quo, si modo valuisti, et Romae fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. Hanc epistolam dictavi sedens in rheda [1], quum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui. Paucis diebus habebam [2] certos homines, quibus darem literas. Itaque eo me servavi.

2 Nos, tametsi hoc te ex aliis audire malo, sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quemquam [3]. Id fit etiam et legatorum, et tribu-

là ci contavano che la nostra cavalleria era stata da' Barbari tagliata a pezzi 7. Bibulo, nè eziandio al presente, non pensava pure di avvicinarsi alla sua provincia. Ora dicevano che egli il faceva perchè volea rinunziarla più tardi. Noi siam mossi in fretta verso il campo, che è vicin di qua a due giornate.

CCIX. (Ad Att. V, 17)

Argomento. 1 Gli duole di non aver ricevute lettere da Attico. 2 Parla del disinteresse suo e de' suoi verso gli uomini della provincia; 3 de' Ciceroni fanciulli mandati al re Deiotaro; 4 delle nozze della figliuola; 5 del tener sodo nell'anno solo di sua provincia; 6 e come Appio era andatone a Tarso.

Scritta in viaggio al campo l'anno DCCII, poco dopo la precedente.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ebbi da Roma un piego di lettere senza alcuna delle tue. Ciò (se tu eri sano ed in Roma) reputo io a Filotimo, non a te. Questa ho io dettato in cocchio andando all'oste, che è lontan di qui due giornate. Dovendo io avere infra pochi dì persone fidate a chi dare la lettera, mi riservo ad allora.

2 Quanto a me (quantunque io vorrei meglio che tu lo sapessi da altri), mi porto in questa provincia, quanto a disinteresse, per forma, che nè d'un danaio diamo spesa per alcuni di noi; il che io attribuisco alla diligenza de' legati, tribuni e prefetti, i quali s'ac-

norum, et praefectorum diligentia. Nam omnes mirifice συμφιλεδοξοῦσιν gloriae meae. Lepta noster mirificus est. Sed nunc propero. Perscribam ad te paucis diebus omnia.

3 Cicerones [4] nostros Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum [5]. Dum in aestivis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus.

4 Sextius ad me scripsit, quae tecum esset de mea domestica et maxima cura [6] locutus, et quid tibi esset visum. Amabo te, incumbe in eam rem, et ad me scribe, quid et possit [7], et tu censeas.

5 Idem scripsit, Hortensium de proroganda nostra provincia [8] dixisse nescio quid. Mihi in Cumano, diligentissime, se, ut annui essemus, defensurum, receperat. Si quicquam me amas, hunc locum muni [9]. Dici non potest, quam invitus a vobis absim. Et simul hanc gloriam iustitiae et abstinentiae fore illustriorem spero, si cito decesserimus [10]: id quod Scaevolae contigit, qui solos novem menses Asiae praefuit.

6 Appius noster, quum me adventare videret, profectus est Tarsum usque Laodicea. Ibi forum agit, quum ego sim in provincia; quam eius iniuriam non insector. Satis enim habeo negotii in sanandis vulneribus, quae sunt imposita provinciae. Quod, do operam, ut faciam quam minima illius contumelia. Sed hoc Bruto nostro [11] velim

cordano meco a servire al mio onore. Il nostro Lepta[1] fa maraviglie. Ma ora ho fretta: e di corto avrai da me ogni cosa, ogni cosa.

3 Deiotaro il figliuolo, che dal Senato ebbe il titolo di re[2], menò seco nel Regno i nostri Ciceroni. Ho giudicato, quel luogo essere tutto fatto per questi fanciulli, mentre che io fossi a' quartieri di state.

4 Sestio[3] mi scrisse ogni cosa che ti avea ragionato circa l'affar mio di casa, mia prima cura, e quello che a te n'era paruto. Lavoraci, per Dio, di forza; e scrivimi quello che se ne possa, e che tu creda da fare.

5 Il medesimo mi scrisse anche, Ortensio aver detto non so che circa il prolungarmi questa provincia; ma egli mi s'era però nel Cumano obbligato di mantenere con ogni studio che noi non fossimo menati più là d'un anno. Tu, se mi ami, stammi a guardia di questo punto. Non ho parole da farvi intendere quanto di mala voglia io stia lontano da voi; ed anche spero, questa gloria che ho della mia giustizia e disinteresse, dover pigliare più lume dalla presta rinunzia del grado[4]: e questo medesimo giovò anche a Scevola[5], che soli nove mesi tenne il governo dell'Asia.

6 Il nostro Appio, veggendo come io m'avvicinava, da Laodicea si mosse perfino a Tarso; là dove egli tien tribunale, essendo io già in governo. Di questa sua ingiuria io me ne passo, avendo io abbastanza faccenda in medicare le piaghe fatte a questa provincia; e questo medesimo io m'adopero di fare con meno sua infamia che per me se ne possa. Vorrei nondimeno che tu al nostro Bruto dicessi che egli non fece troppa

dicas, illum fecisse non belle, qui adventu meo, quam longissime potuerit, discesserit.

CCX. (Ad Div. VIII, 5)

Argumentum. 1 Metuere se Ciceroni significat ex Parthici belli fama, ob paucitatem copiarum eius. 2 Addit de successione provinciarum, eiusque tarditate.

Scr. Romae A. V. C. DCII, mense Sext.

CAELIVS CICERONI S.

1 Qua tu cura sis, quod ad pacem provinciae tuae finitimarumque regionum attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. Nam si hoc moderari possemus [1], ut, pro viribus copiarum tuarum, belli quoque exsisteret magnitudo, et, quantum gloriae [2] triumphoque opus esset, assequeremur, periculosamque et gravem illam dimicationem evitaremus: nihil tam esset optandum. Nunc si Parthus movet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem. Tuus porro exercitus vix unum saltum tueri potest [3]. Hanc autem nemo ducit rationem [4]: sed omnia desiderantur ab eo (tamquam nihil denegatum sit ei, quo minus quam paratissimus esset), qui publico negotio praepositus est.

2 Accedit huc, quod successionem futuram [5], propter Galliarum controversiam, non video. Tam-

cortesia a scantonarsi il più che potea lontano da me, sapendo che io ne veniva.

CCX.

(A Div. VIII, 5)

Argomento. 1 Mostra a Cicerone il suo timore, per conto della voce della guerra Partica, a cagione de' pochi soldati che avea. 2 Indi parla del succedere nelle provincie, e come andava col piombo a' piedi.

Scritta a Roma l'anno DCCII, nel mese di Agosto.

CELIO A CICERONE S.

1 Quanto tu sii in pena, circa la pace della tua provincia, e de' paesi confinanti [1], non so: io, a dir vero, ne son forte in pensiero. Conciossiachè se fosse in man nostra di ragguagliare al nerbo delle tue truppe il peso della guerra, e avessimo pronto tutto ciò che bisogna alla tua gloria e al trionfo [2] da poter cessare quel pericoloso e grave conflitto, beati noi. Ma se i Parti tentano un colpo, ben veggo io, ci sarà da fare non poco: ora il tuo esercito appena una selva potrebbe difendere. Or queste ragioni non si fanno da nessuno; ma tutti aspettano da chi è sopra qualunque negozio (come se nulla dovesse fallirgli da dovere avere alla mano ogni cosa), che egli sia fornito di tutto.

2 S'arroge a ciò, che per la briga delle Gallie non veggo come il succedere possa aver luogo. Or quan-

etsi hac de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere: tamen, quo maturius constitueres, quum hunc eventum providebam [6], visum est, ut te facerem certiorem. Nosti enim haec tralaticia [7]: de Galliis constituetur; erit, qui intercedat; deinde alius exsistet, qui, nisi libere [8] liceat de omnibus provinciis decernere senatui, reliquas impediat. Sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur [9]. Si quid novi de re publica, quod tibi scriberem, haberem, usus essem mea consuetudine, ut diligenter et quid actum esset, et quid ex eo futurum sperarem, perscriberem. Sane tamquam in quodam incili iam omnia [10] adhaeserunt. Marcellus idem illud de provinciis urget [11]; neque adhuc frequentem senatum efficere potuit. Quod si, hoc anno praeterito [12], Curio tribunus, et eadem actio de provinciis introibit [13]: quam facile nunc sit omnia impedire; et quam hoc Caesari, qui sua causa rem publicam non curet [14], superet, non te fallit.

CCXI. (Ad Div. VIII, 9)

Argumentum. 1 De Hirri aedilitate deiecti commutatis rationibus; 2 de provinciarum successione; 3 de pantheris sibi mittendis; 4 de Feridii negotio; 5 de Favonii praeturam petentis repulsa; 6 de Pompeii et Scipionis in Caesarem animo; 7 de Calidii orationibus.

tunque io non dubito che tu abbia teco deliberato quello che far ti convenga, tuttavia, sopra questo mio prevedere, ho creduto bene di ammonirtene, acciocchè tu pigliassi più pronto consiglio. Tu sai le usanze di qui: si farà decreto circa le Gallie; non mancherà oppositore; si leverà su un altro il quale non lascerà vincere il partito delle altre provincie, caso che al Senato sia tolta la libertà di ordinare di tutte affatto. A questo modo si verrà a perdere molto di opera e molto di tempo; e tanto, che in questi imbrogli ne andrà bene due anni. Se ne' fatti pubblici fosse punto di novità, io, secondo mio usato, t'avrei bene scritto accuratamente ogni cosa che fosse fatta, e quello che io ne sperassi per innanzi. Ma tutti gli affari, come in una secca, sono arrenati qui. Marcello fa tuttavia pressa nell' opera delle provincie [3]; e nondimeno non ha per ancora potuto raccogliere un senato ben pieno. Se poi, passato questo anno, Curione entri tribuno ed intavoli lo stesso partito delle provincie, tu vedi bene quanto sia in tal caso facile il tener sospesi tutti i trattati, e quanto bel destro sia dato a Cesare, il quale, non per la Repubblica, ma pur lavora per se medesimo.

CCXI. (A Div. VIII, 9)

Argomento. 1 Del riverso avuto da Irro, rimandatone dalla edilità. 2 Della successione nelle provincie; 3 delle pantere che da lui aspettava; 4 dell'affar di Feridio; 5 della repulsa data a Favonio, dimandante la pretura; 6 dell'animo di Pompeo e di Scipione verso Cesare; 7 delle orazioni di Calidio.

Scr. Romae A. V. C. DCCII, IV. Non. Sept.

CAELIVS CICERONI S.

1 Sic tu, inquis, Hirrum [1] tractasti? Immo, si scias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimae fuerit [2], pudeat te, ausum illum umquam esse incedere tamquam tuum competitorem.[3]. Post repulsam vero risus facit; civem bonum ludit [4], et contra Caesarem sententias dicit; exspectationem corripit; Curionem prorsus non mediocriter obiurgatus [5], hac repulsa se mutavit. Praeterea qui numquam in foro apparuerit, non multum in iudiciis versatus sit, agit causas liberalis [6]; sed raro post meridiem.

2 De provinciis, quod tibi scripseram, Idibus Sextilibus actum iri, interpellat [7] iudicium Marcelli, consulis designati. In Kalendas reiecta re [8], ne frequentiam quidem efficere potuerunt. Has literas a. d. IIII Nonas Septembres dedi, quum ad eam diem ne profligatum [9] quidem quicquam erat. Vt video, causa haec integra in proximum annum transferetur; et, quantum divino, relinquendus tibi erit, qui provinciam obtineat [10]. Nam non expeditur successio, quando Galliae, quae habent intercessorem [11], in eamdem conditionem, quam ceterae provinciae, vocantur. Hoc mihi non est dubium. Quo tibi magis scripsi [12], ut ad hunc eventum te parares.

Scritta a Roma l'anno DCCII, a' 2 di Settembre.

CELIO A CICERONE S.

1 Così dunque governastu Irro? tu mi dirai. Altro! sapessi pur tu come senza una fatica del mondo! senza un cenno pur di contrasto! tu ne avresti i rossori che colui avesse mai osato di entrar in gara con te. Ora, dopo lo sfratto, egli fa rider tutti; contraffà il dabben cittadino; parlamenta contro Cesare; condanna gl' indugi; trafisse più che in pelle Curione; la repulsa lo rendette un altro. Oltre a ciò, laddove prima non si lasciò mai vedere nel Foro, e ne' giudizii non si frammischiò troppo, si offre da sè alle cause; ma rado dopo il mezzodì.

2 Quanto alle provincie, io t'avea scritto che se ne tratterebbe a' 13 d'agosto; ma guastò il giudizio del consolo eletto, Marcello. La cosa fu allungata fino alle calende di settembre; ma non poterono eziandio ragunar pien senato. Io scrissi questa lettera a' 2 di settembre, che fino a quel dì nulla s'era ancora dibattuto. A quello che io veggo, questa causa sarà trasportata bella ed intera nell'anno che viene; e, secondo il mio indovinare, sarà lasciato a te da trovare chi ti succeda. Da te quest' affare non sarà certo spedito: da che le Gallie (che patiscono opposizione) vogliono essere messe a mazzo con le altre provincie. Io non ne ho un dubbio al mondo; di che tel volli scrivere, acciocchè tu ti mettessi a ordine.

3 Fere literis omnibus tibi de pantheris scripsi. Turpe tibi erit, Patiscum [13] Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures; quas ipsas Curio mihi, et alias Africanas decem donavit; ne putes illum tantum praedia rustica dare scire [14]. Tu, si modo memoria tenueris [15], et Cibyratas aroessieris, itemque in Pamphiliam literas miseris (nam ibi plures capi aiunt), quod voles, efficies. Hoc vehementius laboro nunc, quod seorsum a collega [16] puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi hoc curae. Soles [17] libenter, ut ego, maiorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua, nisi loquendi, cura est, hoc est, imperandi et mandandi [18]. Nam simul atque erunt captae; qui alant eas, et deportent, habes eos, quos ad Sittianam syngrapham [19] misi. Puto etiam, si ullam spem mihi literis ostenderis, me isto missurum alios.

4 M. Feridium, equitem Romanum, amici mei filium, bonum et strenuum adolescentem, qui ad suum negotium istuc venit, tibi commendo; et te rogo, ut eum in tuorum numero habeas. Agros, quos fructuarios [20] habent civitates, vult tuo beneficio (quod tibi facile et honestum factu est) immunes esse. Gratos et bonos viros tibi obligaris.

5 Nolo te putare Favonium a columnariis praeteritum esse [21]: optimus quisque eum non fecit.

3 Quasi in tutte le mie lettere ti scrissi delle pantere. Or sarebbe tua vergogna, che, avendone Patisco mandate dieci a Curione, tu non troppe più a me. E nota bene che le dette dieci ed altrettante dall'Africa Curione le donò a me: chè tu non credessi lui non saper donare altro che possessioni. Tu avrai ogni cosa che tu voglia, sì veramente che ne tenga memoria, e mandi a chiamare i Cibirati, ed anche scriva in Pamfilia, dove dicono che se ne pigli a gran numero. Quest'opera mi cuoce ora più forte che mai, perchè sono deliberato di fare ogni apparecchio separatamente dal mio collega [1]. Deh, sì, fatti forza; ponvi ogni studio: tu se' solito, al più, d'essere sbadato come me; ma in quest'opera tu non ci avrai altra fatica, se non di parlare, cioè di comandare e dar commissioni. Conciossiachè, come elle sien prese, que' che mandai pel mio credito a Sizio, le nutriranno e faran trasportare. Ma e se anche tu non me ne dessi per lettere alcuna speranza, io fo tuttavia ragione di mandare degli altri costà.

4 Ti raccomando M. Feridio [2], cavaliere romano, figliuol di mio amico, valoroso e dabben giovanetto, che costà viene per sue bisogne; e ti prego che tu l'abbia per uno de' tuoi. I poderi che alle città sono tributarii, vorrebbe col favor tuo (e a te è facile, credendolo onesto [3]) averli franchi. Tu ti obbligheresti delle persone grate e dabbene.

5 Non ti lasciar credere che la feccia del popolo abbia abbandonato Favonio [4], no [5]: e' fu il fiore della città che lo scartò.

6 Pompeius tuus aperte Caesarem vetat [22] et provinciam tenere cum exercitu, et consulem esse. Tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tempore senatus consultum faciendum: Scipio [23] hanc, ut Kalend. Martiis de provinciis Galliis [24], neu quid coniunctim referretur. Contristavit haec sententia Balbum Cornelium [25]; et scio, eum questum esse cum Scipione.

7 Calidius [26] in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus.

CCXII. (Ad Div. XV, 3)

Argumentum. De rumore belli Parthici scribit, et, quod publice non scripserit, se excusat.

Scr. in castris ad Iconium A. V. C. DCCII, III Kal. Sept.

M. T. CICERO M. CATONI [1] S. D.

Quum ad me legati, missi ab Antiocho Commageno [2], venissent in castra ad Iconium a. d. III Kal. Septembr., iique mihi nuntiassent, regis Parthorum filium [3], quocum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphraten cum maximis Parthorum copiis, multarumque praeterea gentium magna manu venisse, Euphratenque iam transire coepisse; dicique Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum: putavi, pro nostra necessitudine, me hoc ad te scribere oportere.

6 Il tuo Pompeo apertamente non tollera che Cesare ritenga coll'esercito la provincia, ed essendo anche console. E nondimeno uscì in queste parole: Che in questo tempo non è da far senatoconsulto; e Scipione [6] in queste: Che al primo di marzo si mettesse il partito della provincia delle Gallie, senza far luogo alle altre. Questa sentenza amareggiò Balbo Cornelio [7], e so lui essersene a Scipione doluto.

7 Calidio [8] nella difesa sfogò tutta l'arte, nella accusa anzi freddo che no.

CCXII. (A Div. XV, 3.)

Argomento. Del romore della guerra Partica; e il perchè egli non abbia mandato pubblici dispacci.

Scritta nel campo presso Iconio l'anno DCCII, a' 30 di Agosto.

M. T. CICERONE A M. CATONE [1] S.

Vennero a me a' 30 di agosto, mandati da Antioco Commageno, legati, all'oste che era ad Iconio, che mi rapportarono come il figliuolo del Re de' Parti, che avea moglie la sorella del Re degli Armeni, era con gran moltitudine di Parti e corpo di altre genti venuto all'Eufrate, e già cominciato a passarlo; e, come altresì si diceva, il Re armeno dover dare addosso alla Cappadocia: per la qual cosa ho giudicato, per la nostra amicizia, essere conveniente che io tel facessi assapere. Io non mandai di questo fatto le novelle al

Publice [4] propter duas causas nihil scripsi: quod et ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuntios literasque misisse; et existimabam, M. Bibulum proconsulem [5], qui circiter Idus Sextiles ab Epheso in Syriam navibus profectus erat, quod secundos ventos habuisset, iam in provinciam suam pervenisse; cuius literis omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, ut in huiusmodi re, tantoque bello, maximae curae est, ut, quae copiis et opibus tenere vix possimus [6], ea mansuetudine et continentia nostra, sociorum fidelitate teneamus. Tu velim, ut consuesti, nos absentes diligas et defendas.

CCXIII. (Ad Div. III, 6)

Argumentum. Queritur congressum, a se expetitum, ab Appio vitatum: ostendit tamen, se ei fore amicissimum: et, ut locum constituat, ubi convenire possint, sui itineris rationes demonstrat.

Scr. in itinere per Cappadociam A. V. C. DCCII, initio mensis Sept.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D.

Quum meum factum cum tuo [1] comparo, etsi non magis mihi faveo in nostra amicitia tuenda, quam tibi: tamen multo magis meo facto delector, quam tuo. Ego enim Brundisii quaesivi ex

Senato per due ragioni: prima, perchè essi legati dicevano che il medesimo Commageno ne avea di presente spedito al Senato corriere con lettere; l'altra, perchè io credea che M. Bibulo proconsole, il quale intorno a' 13 d'agosto s'era da Efeso mosso per mare verso la Siria, avendo avuto buon vento, fosse già arrivato nella sua provincia; e non dubitava che egli ne avrebbe mandato le notizie più certe di ogni cosa al Senato. In sì duro termine, e guerra di tanta importanza, io m'adopero con ogni studio di conservare con la dolcezza, col disinteresse, e con la fedeltà degli alleati, quelle cose che coll'esercito e colla potenza non credo di poter fare. Tu, secondo che sempre facesti, fa di amarmi così lontano, e difendermi.

CCXIII. (A Div. III, 6)

Argomento. Si duole ad Appio che egli avesse cessato il trovarsi con lui, avendolne egli richiesto. Tuttavia gli si promette amicissimo: ed a fine che esso gli dia la posta da essere insieme, gli nota ogni particolarità del suo viaggio.

Scritta in viaggio per la Cappadocia l'anno DCCII, a' primi di Settembre.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO S.

Quando io ragguaglio il mio operare col tuo [1], comechè io non mi intenda pigliar vantaggio da te negli ufizii della nostra amicizia; tuttavia l'operar mio mi consola meglio che 'l tuo. Conciossiachè a Brindisi io abbia richiesto da Fania [2] (del quale io mi

Phania [2], cuius mihi videbar et fidelitatem erga te perspexisse, et nosse locum, quem apud te is teneret; quam in partem provinciae maxime putaret te velle, ut in succedendo [3] primum venirem. Quum ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quam si ad Sidam [4] navigassem: etsi minus dignitatis habebat ille adventus, et ad multas res mihi minus erat aptus, tamen ita me dixi facturum. Idem ego quum L. Clodium [5] Corcyrae convenissem, hominem ita tibi coniunctum, ut mihi, cum illo quum loquerer, tecum loqui viderer: dixi ei, me ita facturum esse, ut in eam partem, quam Phania rogasset, primum venirem. Tunc ille mihi quum gratias egisset, magnopere a me petivit [6], ut Laodiceam protinus irem; te in prima provincia [7] velle esse, ut quam primum decederes; quin, nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre, te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse: quod quidem erat consentaneum cum iis literis, quas ego Romae [8] acceperam; ex quibus perspexisse mihi videbar, quam festinares decedere. Respondi Clodio, me ita esse facturum, ac multo quidem libentius, quam si illud esset faciendum, quod promiseram Phaniae. Itaque et [9] consilium mutavi, et ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidem ex tuis literis intellexi satis mature ad te esse perlatas. Hoc

credea aver bene veduto la fedeltà in te, e conoscere quanto egli fosse innanzi nella tua grazia) in qual parte della provincia egli credesse che tu dovessi aver più caro, che succedendo io dovessi teco per lo primo abboccarmi; ed egli rispostomi che nulla poteva io farti di più piacere, che di venirmene a Sida; io, quantunque quello scontro non avea troppo di dignità, e per molti rispetti poco m'accomodasse, tuttavia gli risposi di farlo. Io medesimo essendomi poi scontato a Corfù con L. Clodio (persona cotanto tua, che seco parlando io, mi parea parlare con esso te), gli dissi che io di primo sarei venuto in quella parte che Fania m' avea pregato. Ma egli, dopo ringraziatomi, caldamente mi pregò che di tratto io mi conducessi a Laodicea [3]; te voler trovarti in testa della provincia, per non dover nella tua partita perder nulla di tempo; anzi, se il successore non fossi io, cui tu desideravi vedere, tu saresti, prima che io fossi entrato, partito. Ora ciò rispondeva a capello alle lettere che tu a Roma mi avevi scritto, dalle quali ben ho compreso, fretta che tu avevi di lasciar la provincia. Risposi dunque a Clodio [4] che io avrei fatto come volea; e, sappi, via più volentieri, che a far quello che a Fania avea già promesso. Il perchè cangiai consiglio, e di tratto ti mandai lettere di mia mano, le quali dalla tua risposta ritrassi ben sollecitamente esserti state consegnate. Questo è l'operare che mi con-

ego meo facto valde delector. Nihil enim potuit fieri amantius. Considera nunc vicissim tuum. Non modo tu ibi [10] non fuisti, ubi me quam primum videre posses; sed eo discessisti, quo ego te ne persequi [11] quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege (ut opinor) Cornelia constituti essent: ut tuum factum iis [12], qui, quo animo inter nos simus, ignorant, alieni hominis (ut levissime dicam) et fugientis congressum; meum vero, coniunctissimi et amicissimi esse videatur. Ac mihi tamen ante, quam in provinciam venirem, redditae sunt a te literae; quibus, etsi te Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei conveniendi afferebas: quum interea, credo equidem, malivoli homines (late enim patet hoc vitium, et est in multis [13]), sed tamen probabilem materiam nacti sermonis, ignari meae constantiae, conabantur alienare a te voluntatem meam; qui te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudicare [14] dicerent, quum posses iam suspicari, tibi esse successum: quae ne ab iis quidem fieri solerent, qui brevi tempore sibi succedi [15] putarent. Horum ego sermone non movebar. Quin etiam (credas mihi velim), si quid tu ageres, levari me putabam molestia; et ex annua provincia, quae mihi longa videtur [16], prope iam undecim mensium provinciam factam esse gaudebam, si absenti mihi unius men-

sola: da che niente potea far più cordialmente. Or tu fa ragione e converso del tuo. Tu non solamente non ti se' trovato in luogo dove tu al più presto potessi vedermi; anzi ti se' dilungato fin là dove io, nè anche ne' trenta giorni che per la legge Cornelia (siccome mi pare) ti erano posti al partire, t'avrei potuto raggiungere: cotalchè quelli che non sanno di che animo noi siamo insieme, debbono aver giudicato, te aver operato da uomo a me strano (per dire più dolce che io possa) e che fuggiva il mio scontro; me, da uomo amantissimo e tutto tuo. E c'è anche, che io prima di metter piè in provincia ebbi tue lettere, nelle quali quantunque tu mostravi di andare a Tarso, tuttavia mi davi intenzione non dubbia di voler visitarmi. Ma in questo mezzo tempo alcuni (credo io malevoli: chè questo vizio tiene assai al largo, ed è in molti) cogliendo materia (e questa non irragionevole) di sparlare, non conoscendo la mia costanza, fecero il possibile di alienar da te l'animo mio, dicendomi che tu in Tarso tenevi tribunale aperto, facevi decreti non pochi, e giudizii, a tale ora che tu potevi oggimai sospettare che il successor tuo fosse entrato; il che non suol farsi nè da quelli eziandio che di dì in dì aspettano il successore. Queste chiacchiere non mi toccavano: anzi (e vorrei che tu mel credessi) se fosse il vero che tu non istessi indarno, io mi sarei tenuto scemata molestia; e mi consolava che l'intero anno della provincia (che a me pare ben lunga) mi fosse riuscito di quasi soli undici mesi, se, essendo io lon-

sis labor detractus esset. Illud (vere dicam) me movet, in tanta militum paucitate abesse tres cohortes, quae sint plenissimae; nec me scire, ubi sint. Molestissime autem fero, quod, te ubi visurus sim, nescio; eoque ad te tardius scripsi, quod quotidie te ipsum exspectabam: quum interea ne literas quidem ullas accepi [17], quae me docerent, quid ageres, aut ubi te visurus essem. Itaque virum fortem, mihique in primis probatum, Antonium, praefectum evocatorum [18], misi ad te, cui, si tibi videretur, cohortes traderes: ut, dum tempus anni esset idoneum, aliquid negotii gerere possem [19]. In quo, tuo consilio ut me sperarem esse usurum, et amicitia nostra et literae tuae fecerant: quod [20] ne nunc quidem despero. Sed plane quando, aut ubi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possum. Ego, ut me tibi amicissimum esse et aequi et iniqui intelligant, curabo. De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse. Id si correxeris, mihi valde gratum erit. Et [21] ut habere rationem possis, quo loco me, salva lege Cornelia [22], convenias, ego in provinciam veni pridie Kal. Sext. [23] Iter in Ciliciam facio per Cappadociam. Castra movi ab Iconio [24] pridie Kalendas Septembres. Nunc tu et ex diebus, et ex ratione itineris, si putabis me esse conveniendum, constitues, quo loco id commodissime fieri possit, et quo die. Vale.

tano, me ne fosse risparmiato uno del mio travaglio. Questo bene mi turba (e parlo daddovero), che con tanto poco di esercito mi manchino tre coorti [5] che erano bene compiute; e di non sapere eziandio dove sieno. E porto poi un rammarico di morte del non sapere il dove del mondo io possa vederti: e questa fu la cagione che indugiai a scriverti, che dì per dì aspettava di vedere esso te; e intanto io non ebbi da te nè anche lettera che mi dicesse quello che tu facessi, e là dove io ti potessi vedere. Ti mando Antonio, prefetto degli Evocati [6], al qual tu puoi, se ti par bene, porre in man le coorti, affinchè io possa, mentre che dura il tempo da ciò, fare qualcosa; nel qual fatto sì la nostra amicizia e sì le tue lettere mi faceano sperare qualche bene del tuo consiglio; di che nè anche adesso io sono fuor di speranza. Ma se tu non mi scrivi, io non posso eziandio indovinare nè il quando nè il dove io possa teco abboccarmi. Io darò opera che così gli uomini giusti come i maliziosi debbano vedere che io sono tuo amicissimo; dove tu mostri d'aver dato cagione a' secondi di giudicare altramenti del tuo animo verso di me; al che laddove tu porga riparo, io l'avrò carissimo. Ora acciocchè tu possa far bene le ragioni del dove, salva la legge Cornelia, tu possa esser meco, sappi che io hò messo piè nella provincia l'ultimo di luglio; che son vôlto alla Cilicia per la Cappadocia [7], e che levai il campo da Iconio l'ultimo d'agosto. Ora, secondo la notazione de' giorni e del mio viaggiare, qualora tu giudichi di dovermi vedere, resta che tu deliberi in qual luogo e giorno col maggior comodo si possa ciò fare. A Dio.

CCXIV. (Ad Att. V, 18)

Argumentum. 1, 2 Narrat de rebus Parthicis, petitque, ut Atticus diligenter curet, ne sibi provincia prorogetur. 3 Cicerones apud Deiotarum esse. 4 Deinde petit, ut Atticus sibi diligenter scribat; 5 denique se Bruti negotium probe curare significat.

Scr. in castris ad Cybistra A. V. C. DCCII, initio mensis Sept.

CICERO ATTICO S.

1 Quam vellem Romae esses, si forte non es! Nihil enim certi habebamus, nisi accepissemus[1] tuas literas a. d. XIIII Kal. Sext. datas: in quibus scriptum esset, te in Epirum iturum circiter Kal. Sextiles. Sed sive Romae es, sive in Epiro, Parthi Euphraten[2] transierunt duce Pacoro, Orodi, regis Parthorum, filio, cunctis fere copiis. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius[3] in oppido Antiochiae cum omni exercitu; nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu, ad Cybistra; hostis in Cyrrhestica, quae Syriae pars proxima est provinciae meae. His de rebus scripsi ad senatum: quas literas, si Romae es, videbis, putesne reddendas; et multa, immo omnia: quorum κεφάλαιον, ne quid inter caesa et porrecta[4], ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Nobis enim, hac infirmitate exercitus[5], inopia socio-

CCXIV. (Ad Att. V, 18)

Argomento. 1, 2 Gli conta delle cose de' Parti, e lo prega di far opera che il governo non gli sia prolungato; 3 e che i Ciceroni erano con Deiotaro. 4 Lo prega anche di scrivergli accuratamente; 5 e gli fa sapere come egli avea ben cura dell'affare di Bruto.

Scritta dal campo presso Cibistra l'anno DCCII, a' primi di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Deh! fossi tu in Roma! che forse non sei: da che io non ho nulla di fermo, salvo che dalla lettera tua de' 19 di luglio io seppi che tu dovevi andar in Epiro intorno al primo di agosto. Ma, o tu in Roma, o tu sii nell'Epiro, sappi che i Parti condotti da Pacoro [1], figliuolo del re Orode, con forse tutto l'esercito passaron l'Eufrate [2]. Di Bibulo non s'è anche sentito nulla che egli sia entrato in Siria. Cassio [3] è con tutto l'esercito in Antiochia; io in Cappadocia a piè del Tauro, presso a Cibistra. Il nemico è in Cirrestica, parte della Siria rasente alla mia provincia. Queste novelle ho io scritto al Senato; e se tu se' in Roma, vedrai se queste lettere ti paiano da presentare; e con questo molte altre cose vedrai, anzi tutte, delle quali questa è la principale, che nel procinto del sacrifizio, com'è il proverbio [4], non mi sia cresciuto peso nè spazio di tempo. Conciossiachè in questa miseria di truppe, po-

rum, praesertim fidelium, certissimum subsidium est hiems. Ea si venerit, nec illi ante in meam provinciam transierint, unum vereor, ne senatus propter urbanarum rerum metum Pompeium [6] nolit dimittere. Quod si alium ad ver mittit, non laboro: nobis modo temporis ne quid prorogetur.

2 Haec igitur, si Romae es. Sin abes, aut etiam si ades, haec negotia sic se habent. Stamus animis, et, quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus etiam manu. Tuto consedimus [7], copioso a frumento, Ciliciam prope conspiciente, expedito ad mutandum loco; parvo exercitu; sed, ut spero, ad benivolentiam erga nos consentiente: quem nos, Deiotari adventu cum suis omnibus copiis, duplicaturi eramus. Sociis multo fidelioribus utimur, quam quisquam usus esset: quibus incredibilis videtur et nostra mansuetudo et abstinentia. Delectus habetur [8] civium Romanorum; frumentum ex agris in loca tuta comportatur. Si fuerit occasio, manu; sin minus, locis nos defendemus. Quare bono animo es. Video enim te, et, quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui. Sed te rogo (si ullo pacto fieri poterit), si integra in senatu nostra causa ad Kal. Ian. manserit, ut Romae sis mense Ianuario. Profecto nihil accipiam iniuriae [9], si tu aderis. Amicos consules habemus, nostrum tribunum plebis Furnium. Verum tua est opus

vertà di alleati (massime di fedeli), io non m'ho refugio più securo del verno. Venendo questo, prima che quelli sieno entrati nella mia provincia, io non temo d'altro, se non che il Senato, per timore delle cose di città, non voglia lasciar partire Pompeo: tuttavia, se sotto primavera ne mandi un altro, per me non monta; solamente stia fermo che io non sia menato in lungo.

2 Sendo dunque tu in Roma, sai che sia da fare: ma o tu vi sii, o no, le cose al presente son qui. Noi stiamo ben di coraggio, e (perocchè ci governiam saviamente), come mi pare, spero eziandio di forze. Siamo ad oste in luogo sicuro, ben vettovagliato, quasi sugli occhi della Cilicia, in postura libera al tramutarsi; poca gente, ma, come spero, tutta d'un animo al volerci bene; la quale, venendo Deiotaro con tutti i suoi, io spero dover raddoppiare. Alleati abbiam più fedeli, che avesse mai nessun altro; a' quali la dolcezza e 'l disinteresse nostro a pena si lascia credere. Si fa leva di cittadini romani; da tutte le terre ci è portato grano, e posto in luoghi sicuri. A un bisogno, coll'armi; se no, ci aiuteremo colle posture. Il perchè sta di buon animo: poichè io ti veggo già, e come tu fossi qui, così conosco la pena che tu ti pigli per amor mio. Ma io ti prego (se c'è via di farlo), qualora in senato rimanga l'affar mio in essere fin al primo di gennaio, che in esso mese tu voglia essere in Roma. Essendoci tu, io non ho punto a temere d'ingiuria. Abbiamo per noi i consoli [5], è nostro il tribun della plebe Furnio; ma e' ci bisogna la tua istanza,

assiduitate, prudentia, gratia. Tempus est necessarium. Sed turpe est, me pluribus verbis agere tecum.

3 Cicerones nostri sunt apud Deiotarum [10]; sed, si opus erit, deducentur Rhodum.

4 Tu, si es Romae; ut soles, diligentissime: si in Epiro; mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium; ut et tu, quid nos agamus, et nos, quid tu agas, quidque acturus sis, scire possimus.

2 Ego tui Bruti rem [11] sic ago, ut suam ipse non ageret. Sed iam exhibeo pupillum [12], neque defendo. Sunt enim negotia et lenta et inania. Faciam tamen satis: tibi quidem, cui difficilius est, quam ipsi [13]. Sed certe satisfaciam utrique.

CCXV. (Ad Div. XV, 7)

Argumentum. C. Marcello, Marci patrueli, de consulatu gratulatur, suamque illi dignitatem commendat.

Scr. in castris ad Cybistra Cappadociae A. V. C. DCCII, mense Sept.

M. T. C. PROCOS. C. MARCELLO [1] COS. DESIGN. S. P. D.

Maxima sum laetitia affectus, quum audivi, te consulem factum esse; eumque honorem tibi deos fortunare [2] volo, atque a te pro tua parentisque tui dignitate administrari. Nam quum te semper

la prudenza, il favore: il tempo ci stringe. Ma io mi vergogno di logorar teco più altre parole.

3 I nostri Ciceroni sono presso Deiotaro; ma ad un bisogno li farò venire di là a Rodi.

4 Se tu sei a Roma, v'adopera la diligenza somma che sei usato; se in Epiro, mandami alcuno de' tuoi corrieri, acciocchè tu sappia dello stato mio, ed io altresì del tuo, e di quello che pensi di fare.

5 Io mi do attorno per la bisogna del tuo Bruto, per forma che egli medesimo non potrebbe più. Ma oggimai io rassegno il pupillo [6] e rinunzio la tutela: chè elle sono lungaggini senza frutto. Ma io ne manderò contento te almeno (che è più difficile, che non lui), anzi del tutto ambedue.

CCXV.

(A Div. XV, 7)

Argomento. Si congratula con C. Marcello che M. suo cugino fosse eletto console, e gli raccomanda la sua dignità.

Scritta nel campo presso Cibistra di Cappadocia l'anno DCCII, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE PROC. A C. MARCELLO, CONSOLE DISEGNATO S.

Provai un'allegrezza che mai la maggiore, che tu fossi disegnato console; e prego gli Dei, che di questo uffizio ti dieno ogni prosperità, e che tu lo amministri secondo la dignità tua e di tuo padre. Conciossia-

amavi dilexique [3], tum mei amantissimum cognovi in omni varietate rerum mearum; tum patris tui pluribus beneficiis, vel defensus tristibus temporibus [4], vel ornatus secundis: et sum totus vester, et esse debeo, quum praesertim matris tuae [5], gravissimae atque optimae feminae, maiora erga salutem dignitatemque meam studia, quam erant a muliere postulanda, perspexerim. Quapropter a te peto in maiorem modum, ut me absentem diligas atque defendas.

CCXVI. (Ad Div. XV, 8)

Argumentum. C. Marcello auguri de filii Caii consulatu gratulatur, petitque, ut se absentem diligat atque defendat.

Scr. in castris ad Cybistra Cappadociae A. V. C. DCCII, mense Sept.

M. T. C. PROCOS. C. MARCELLO COLLEGAE [1] S. P. D.

Marcellum tuum [2] consulem factum, teque ea laetitia affectum esse, quam maxime optasti, mirandum in modum gaudeo; idque, quum ipsius causa, tum quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico: cuius erga me singularem benivolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi; totam denique domum vestram vel salutis, vel dignitatis meae studiosissimam cupidissimam-

chè come io ti ebbi sempre caro e t'amai, perchè in ogni svariata fortuna ti ho sempre trovato di me tenerissimo, così tuo padre assai mi fece di bene, o proteggendomi ne' casi avversi, o ne' prosperi favorendomi; e pertanto mi sento necessitato ad essere e a dover essere tutto cosa vostra: massimamente che io ho conosciuto in la tua madre [a], gravissima ed ottima matrona, aver preso della salute e dignità mia maggior pena, che in femmina non era da aspettare. Per la qual cosa, più che io posso, ti prego che nella mia lontananza mi ami e mi favorisca.

CCXVI. (A Div. XV, 8)

Argomento. Si congratula con C. Marcello augure del consolato di Caio figliuol suo; e raccomandasi, così lontano, all'amore e favore di lui.

Scritta nel campo presso Cibistra di Cappadocia l'anno DCCII, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE PROC. A C. MARCELLO, COLLEGA, S.

Io sono allegro quanto esser può, che il tuo Marcello sia eletto console, e che tu n'abbi avuto quella letizia che soprattutto desiderasti: il che io fo sì per rispetto di lui, e sì perchè te io giudico meritevolissimo di ogni prosperità: avendo io in te riconosciuto una singolar benevolenza verso di me, così nella mia avversa, come nella seconda fortuna: in somma ho trovato tutta la tua famiglia caldissima e tenerissima, sia

que cognovi. Quare gratum mihi feceris, si uxori tuae Iuniae, gravissimae atque optimae feminae, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod suesti [3], peto, me absentem diligas atque defendas.

CCXVII. (Ad Div. XV, 9)

Argumentum. 1 M. Marcello gratulatur de fratre patruele consule facto: petitque, ut curet, ne quid sibi temporis ad annuam provinciae administrationem accedat. 2 De Parthis negat se scribere velle.

Scr. in castris ad Cybistra Cappadociae A. V. C. DCCII, mense Sept.

M. T. C. PROCOS. M. MARCELLO COS. S. P. D.

1 Te et pietatis in tuos, et animi in rem publicam, et clarissimi atque optimi consulatus, C. Marcello [1] consule facto, fructum cepisse, vehementer gaudeo. Non dubito, quid praesentes sentiant: nos quidem longinqui, et a te ipso missi in ultimas gentes, ad caelum mehercule tollimus [2] verissimis ac iustissimis laudibus. Nam quum te a pueritia tua unice dilexerim, tuque me in omni genere semper amplissimum esse et volueris, et iudicaris; tum hoc vel tuo facto [3], vel populi Romani de te iudicio, multo acrius vehementiusque diligo, maximaque laetitia afficior, quum ab hominibus prudentissimis, virisque optimis, omnibus dictis, factis, studiis, institutis, vel me tui simi-

del mio ben essere, sia della gloria. Di che io avrò carissimo che tu in nome mio te ne congratuli con Giunia tua, gravissima ed ottima moglie. Te poi prego che, come facesti finora, a me così lontano tu vuogli bene e mi favorisca.

CCXVII. (A Div. XV, 9)

Argomento. Si congratula con M. Marcello dell'elezione in console del suo cugino; e gli si raccomanda di adoperarsi che il suo governo non passi l'anno. 2 Dice di non iscriver nulla intorno alla guerra de' Parti.

Scritta nel campo presso Cibistra di Cappadocia l'anno DCCII, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE PROC. A M. MARCELLO CONS. S.

Che per la elezione in console fatta di C. Marcello, tu abbi còlto il frutto della tua pietà verso i tuoi, dell'animo verso la Repubblica, e del tuo nobilissimo ed ottimo consolato, ne sento la maggior consolazione del mondo. Non ho alcun dubbio di quello che ne sentano i presenti in Roma. Certo io così lontano, e da te sequestrato in questo confin della terra [1], in fede mia, con verissime e giustissime lodi ti levo in cielo: imperciocchè avendoti io amato da piccolo tenerissimamente, e tu col tuo giudizio e favore sempre aiutatomi ad ogni fatta di onori, ora in ispezieltà, sì per questa tua opera, e sì pel giudizio che di te fece il popolo romano, ti amo via più forte ed ardentemente, e ne provo un piacere grandissimo, sentendo da prudentissimi uomini, da ottimi personaggi, come in ogni

lem[4] esse audio, vel te mei. Vnum vero si addis ad praeclarissimas res consulatus tui, ut aut mihi succedat quam primum aliquis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et senatus consulto et lege finisti[5]; omnia me per te consecutum putabo. Cura, ut valeas, et me absentem diligas atque defendas.

2 Quae mihi de Parthis nuntiata sunt, quia non putabam a me etiam nunc scribenda esse publice[6], propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere; ne, quum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse.

CCXVIII. (Ad Div. XV, 12)

Argumentum. Gratulatur Paullo de consulatu, et, ne sibi provincia prorogetur, ut operam det, rogat.

Scr. in castris ad Cybistra Cappadociae A. V. C. DCCII, mense Sept.

M. T. C. IMP. L. PAVLLO COS. DESIGN. S. P. D.

Etsi mihi numquam fuit dubium, quin te populus Romanus pro tuis summis in rem publicam meritis, et pro amplissima familiae dignitate[1], summo studio, cunctis suffragiis consulem facturus esset: tamen incredibili laetitia sum affectus, quum id mihi nuntiatum est; eumque honorem

detto, fatto, studio, divisamento tu sei un altro me. Ora se alle altre nobilissime parti del tuo consolato tu aggiunga una sola, cioè di fare o che mi sia dato alcun successore, o che non mi sia punto allungato il termine da te per legge [2] e per senatoconsulto assegnatomi, io mi ti confesserò debitor della vita. Abbiti cura, e me lontano ama e proteggi.

2 Quanto alle novelle de' Parti, conciossiachè io non giudicassi di doverle per ancora scrivere al Senato, pertanto nè eziandio come ad amico non te lo volli significare; chè non si dicesse averle io scritte al pubblico, scrivendole al console.

CCXVIII. (A Div. XV, 12).

Argomento. Si congratula con Paolo del consolato; e gli si raccomanda che non lasci passar l'anno al suo governo.

Scritta nel campo presso Cibistra di Cappadocia l'anno DCCII, nel mese di Settembre.

M. T. CICERONE IMP. A L. PAOLO [1], ELETTO CONSOLE, S.

Quantunque io non ebbi mai un dubbio al mondo che il popol romano, per li tuoi sommi meriti verso la Repubblica, e per la dignità amplissima di tua famiglia, seguendo l'ardor del suo affetto, a pieni voti non t'avesse a far console; nondimeno l'allegrezza ho sentito incredibile di questa novella. Or io prego gli

tibi deos fortunare [2] volo, a teque ex tua maiorumque tuorum dignitate administrari. Atque utinam praesens illum diem [3] mihi optatissimum videre potuissem, proque tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis tibi operam meam studiumque navare! [4] Quam mihi facultatem quando hic nec opinatus [5] et improvisus provinciae casus eripuit: tamen, ut te consulem rem publicam pro tua dignitate gerentem videre possim, magnopere a te peto, ut operam des, efficiasque [6], ne quid mihi fiat iniuriae, neve quid temporis ad meum annuum munus accedat. Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet.

CCXIX. (Ad Div. XV, 2)

Argumentum. Exponit, audito Parthorum adventu, quid egerit pro tuenda provincia, sociisque in fide continendis: adiungit de rege Ariobarzane ab insidiis liberato.

Scr. in itin. ex castris ad Cybistra in Ciliciam A. V. C. DCCII, medio Sept.

M. TVLLIVS M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENAT. [1]

S. V. V. B. E. E. Q. V. [1] Quum pridie Kal. Sextiles in provinciam venissem [2], neque maturius propter itinerum et navigationum difficultatem [3]

Dei che questo uffizio ti rendano fortunatissimo, e che tu il debba esercitare secondo la dignità tua e de' tuoi maggiori. Così pure avessi io potuto vedere con gli occhi miei quel felicissimo giorno, e, in merito del tuo affetto e de' beneficii amplissimi avuti da te, metterci l'affetto e l'opera mia! Ma posciachè il caso repentino ed improvveduto dell'essermi data questa provincia, me ne tolse l'opportunità, vorrei almeno vederti console, governar la Repubblica secondo la tua dignità: onde ti prego, quanto più posso, che tu facci opera e m'impetri che ingiuria non mi sia fatta, prolungandomi punto nulla sopra l'anno di questo mio governo. Il che facendo tu, avrai messo il colmo a' tuoi antichi servigii.

CCXIX.

(A Div. XV, 2)

Argomento. Gli mostra quello che gli abbia fatto, dopo sentitosi del venire de' Parti, per difesa della provincia, e per mantenere gli alleati in fede: aggiugne del re Ariobarzane salvato di un tradimento.

Scritta in viaggio dal campo sotto Cibistra andando nella Cilicia l'anno DCCII, alla metà di Settembre.

M. T. CICERONE F. DI MARCO PROC. AI CONS. PRET. TRIB. DELLA PLEBE ED AL SENATO S.

Se voi siete in buon essere, ben con Dio: io e l'esercito siamo altresì. Avendo io messo piè nella provincia l'ultimo di luglio (chè più presto, per gl'impedimenti del viaggio e della navigazione, non fu pos-

venire potuissem: maxime convenire officio meo, reique publicae conducere putavi, parare ea, quae ad exercitum, quaeque ad rem militarem pertinerent. Quae quum essent a me, cura magis et diligentia, quam facultate et copia, constituta, nuntiique et literae de bello a Parthis in provinciam Syriam illato quotidie fere afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam, et per Isauros, et per Cappadociam arbitratus sum. Erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque irrumpere in meam provinciam conarentur, iter eos per Cappadociam, quod ea maxime pateret [4], esse facturos. Itaque cum exercitu per Cappadociae partem eam, quae cum Cilicia continens est, iter feci; castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi: ut Artuasdes, rex Armenius, quocumque animo esset [5], sciret, non procul a suis finibus exercitum populi Romani esse; et Deiotarum, fidelissimum regem atque amicissimum reipublicae nostrae, maxime coniunctum haberem, cuius [6] et consilio et opibus adiuvari posset res publica. Quo quum in loco castra haberem, equitatumque in Ciliciam misissem, ut et meus adventus iis civitatibus, quae in ea parte essent, nuntiatus, firmiores animos omnium [7] faceret, et ego mature, quid ageretur in Syria, scire possem: tempus eius tridui [8], quod in his castris morabar, in magno officio et necessario

sibile), ho creduto del dover mio e del ben pubblico, innanzi tratto, por mano alle cose dell'esercito e della milizia. Or dato ordine a queste cose più colla diligenza e studio mio, che con gli argomenti e modi che me ne fossero dati, e venendomi quasi ogni dì corrieri e lettere sopra la guerra mossa da' Parti alla provincia di Siria, ho giudicato di dover pigliare la via per la Licaonia, per gli Isauri e per la Cappadocia: conciossiachè correa grave sospetto che qualora i Parti facessero forza di sfogarsi fuor della Siria nella mia provincia, avrebbono presa la strada della Cappadocia, come quella che era più aperta. Adunque mi mossi coll'esercito per quella parte di Cappadocia che si attiene alla Cilicia, e mi misi ad oste a Cibistra [1] castello a piè del monte Tauro, acciocchè Artuasde [2] re armeno, qualunque fosse l'animo suo, sapesse d'avere non lungi da' suoi confini l'esercito de' Romani; e per esser più congiunto con Deiotaro, lealissimo re, ed alla Repubblica nostra affezionatissimo, dal cui consiglio e forze la Repubblica potea ricevere aiuto. Essendo io dunque accampato nel detto luogo, e mandatane la cavalleria in Cilicia, acciocchè la novella della mia venuta, sparsa nelle città che ci sono, rincuorasse gli animi, ed io potessi tostamente essere informato di quello che in Siria si facesse, que' tre giorni che io fui quivi ad oste, ho creduto bene di logorarli in un importante e necessario servigio. Imperciocchè, essen-

mihi ponendum putavi. Quum enim vestra auctoritas intercessisset [9], ut ego regem Ariobarzanem, Euseben et Philoromaeum, tuerer, eiusque regis salutem, incolumitatem, regnumque defenderem, regi regnoque praesidio essem; adiunxissetisque, salutem eius regis populo senatuique magnae curae esse, quod nullo umquam de rege decretum esset a nostro ordine [10]: existimavi, me iudicium vestrum ad regem deferre debere, eique praesidium meum, et fidem, et diligentiam polliceri; ut, quum [11] salus ipsius, incolumitas regni mihi commendata esset a vobis, diceret, si quid vellet. Quae quum essem in consilio meo [12] cum rege locutus: initio ille orationis suae vobis maximas, ut debuit, deinde etiam mihi gratias egit; quod ei permagnum et perhonorificum videbatur, S. P. Q. R. [13] tantae curae esse salutem suam; meque tantam diligentiam adhibere, ut et mea fides et commendationis vestrae auctoritas perspici posset. Atque ille primo (quod mihi maximae laetitiae fuit) ita mecum locutus est, ut nullas insidias neque vitae suae, neque regno diceret, se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Quum ego ei gratulatus essem, idque me gaudere dixissem, cohortatus sum [14], ut recordaretur casum illum interitus paterni [15], et vigilanter se tueretur, atque admonitu senatus consuleret saluti suae: tum a me discessit in oppidum Cybistra. Postero

dosi l'autorità vostra intramessa a far che io pigliassi a proteggere Ariobarzane, Eusebe e Filoromeo [3], e che io mantenessi in istato esso Re, e in buon essere il suo regno, e all'uno ed all'altro prestassi aiuto; ed avendo voi aggiunto, la salute di esso Re essere molto a cuore al popolo e al Senato (la qual cosa di nessun altro re fu mai dal nostro ordine decretata), io ho creduto bene di dover rappresentare ad esso Re questo vostro giudizio, ed a lui profferire la mia fede, la diligenza e'l soccorso; ed egli, secondo la raccomandazione da voi fatta a me della persona sua propria, e della prosperità del suo regno, dicesse se nulla gli bisognava. Queste cose dicendo io al Re, presente il mio consiglio, egli cominciò la risposta rendendovi le maggiori grazie secondo il dover suo; appresso ringraziò anche me: conciossiachè grandissimo ed onorevolissimo fatto gli parve questo, che'l Senato e'l popol romano così gran pensiero si desse del ben suo, e che io in ciò adoperassi tanta diligenza, che la mia fede e'l peso della raccomandazion vostra vi si paresse ben manifesto. Or egli al principio (il che assaissimo mi rallegrò) mi disse che egli nè sapea, e nè eziandio s'aspettava che nulla di male fosse macchinato nè alla sua vita, nè al regno. Io seco congratulatomi, e mostratogliene il mio contento, il confortai di ricordarsi di quel sinistro dell'uccisione del padre suo; e che tenesse ben gli occhi aperti alla sua vita e salute, eziandio sopra i conforti che gliene facea il Senato; dopo di che, egli dappresso a me, si condusse alla fortezza di Cibistra. Ma ecco il dì seguente egli col fratel suo Aria-

autem die cum Ariarathe, fratre suo, et cum paternis amicis, maioribus natu, ad me in castra venit; perturbatusque et flens, quum idem et frater faceret, et amici, meam fidem, vestram [16] commendationem implorare coepit. Quum admirarer, quid accidisset novi: dixit, ad se indicia manifestarum insidiarum [17] esse delata, quae essent ante adventum meum occultata, quod ii, qui ea patefacere possent, propter metum reticuissent; eo autem tempore, spe mei praesidii, complures ea, quae scirent, audacter ad se detulisse; in his amantissimum sui, summa pietate praeditum, fratrem, dicere ea, quae is me quoque audiente dicebat, se solicitatum esse, ut regnare vellet; id vivo fratre suo accidere [18] non potuisse; se tamen ante illud tempus eam rem numquam in medium, propter periculi metum, protulisse. Quae quum esset locutus, monui regem, ut omnem diligentiam ad se conservandum adhiberet; amicosque patris eius atque avi iudicio [19] probatos hortatus sum, regis sui vitam, docti casu acerbissimo patris eius, omni cura custodiaque defenderent. Quum rex a me equitatum cohortesque de exercitu meo postularet; etsi intelligebam, vestro senatus consulto non modo posse me id facere, sed etiam debere: tamen, quum res publica postularet, propter quotidianos ex Syria nuntios, ut quam primum exercitum ad

rate, e con gli amici del padre, e' più vecchi e gli anziani, mel veggo al mio campo costernato e piangente (e così era il fratello altresì e gli amici), allegando la protezion mia e la raccomandazion vostra. Maravigliandom'io, e chiedendogli che cosa fosse incontrato di nuovo, mi disse, aver ricevuti manifesti indizii di tradimento: prima della mia venuta essergli stato tenuto celato, perchè que' che poteano scoprirlo aveano per timore taciuto; ma al presente, sopra la speranza del mio soccorso, molti aveano preso baldanza di scoprirgli quel che sapevano. Nel costor numero, il fratel suo, di lui tenerissimo e di specchiata fede, protestava (e'l raffermò eziandio udente me) come egli era stato subornato che volesse pigliar il regno; il che senza uccidere il fratello non avrebbe potuto fare; ma che prima d'ora, per timore della sua vita, avea dovuto sopprimere questo fatto. Udite le quali cose, io ammonii il Re che dovesse usare ogni maggior diligenza a conservare la vita; gli amici, la cui lealtà dal giudizio del padre 4 di lui e dell'avo gli era ben comprovata, con ogni guardia e sollecitudine guarentissero la vita del loro Re. Ora richiedendomi egli cavalli e fanti del mio esercito, quantunque io vedessi che pel vostro senatoconsulto non pure io potea farlo, ma anche doveva; tuttavia, a cagione delle novelle che venian di Siria ogni dì, veggendo io alla Repubblica far bisogno di mandar l'esercito a' confini della Cilicia (massima-

Ciliciae fines adducerem; quumque mihi rex, patefactis iam insidiis, non egere exercitu populi Romani, sed posse se suis opibus defendere videretur: illum cohortatus sum, ut in sua vita conservanda primum regnare disceret; a quibus perspexisset sibi insidias paratas, in eos uteretur iure regio; poena afficeret eos, quos necesse esset; reliquos metu liberaret [20]; praesidio exercitus mei ad eorum, qui in culpa essent, timorem potius, quam ad contentionem [21] uteretur; fore autem, ut omnes, quum senatus consultum nossent, intelligerent, me regi, si opus esset, ex auctoritate vestra praesidio futurum. Ita confirmato illo, ex eo loco castra movi, iter in Ciliciam facere institui: quum hac opinione e Cappadocia discederem, ut consilio vestro, casu incredibili ac paene divino, regem, quem vos honorificentissime appellassetis [22], nullo postulante [23], quemque meae fidei commendassetis, et cuius salutem magnae vobis curae esse decrevissetis, meus adventus praesentibus insidiis liberarit [24]. Quod ad vos a me scribi, non alienum putavi, ut intelligeretis ex iis, quae paene acciderunt, vos multo ante, ne ea acciderent, providisse; eoque vos studiosius feci certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis, ingenii, fidei, benivolentiaeque erga vos perspexisse, ut non sine causa tantam curam diligentiamque in eius vos salutem videamini contulisse.

mente perchè, essendo già il tradimento svelato, non mi parea bisognare al Re soldati romani, ma potersi lui colle forze sue sostenere), lo esortai che per primo imparasse regnare, salvando sua vita; che contro gli autori del tradimento ordinato usasse la ragione di re, gastigasse chi sel meritava, agli altri levasse timore; che contro i rei si giovasse anzi del timore del mio esercito, che delle armi: tutti poi, come avessero saputo del senatoconsulto, dover intendere che io per autorità vostra sarei, ad un bisogno, venuto in soccorso del Re. Così rincoratolo mi mossi di là, deliberato di passare in Cilicia; partendo dalla Cappadocia con questa opinione chiavata in testa, che per vostro consiglio, per un avvenimento incredibile e quasi inspirato dagli Dei, fosse avvenuto che la mia venuta avesse salvato da imminente pericolo un Re che voi (da nessuno richiesti) avevate nominato con incredibile onore, ed alla mia fede raccomandato, e la cui salute con decreto dimostraste d'aver carissima. Queste cose io non giudicai inconveniente di scrivervi, acciocchè voi comprendeste, da quello che fu in procinto d'intravvenire, aver voi molto innanzi provveduto che non dovesse avvenire. E con tanto maggiore studio vel volli dire, perchè nel re Ariobarzane parmi avere osservato tali segni di virtù, d'ingegno, di fedeltà e benevolenza verso di voi, che egli apparisce non senza un perchè aver voi tanto di cura e diligenza adoperato alla salute di lui.

CCXX. (Ad Att. V, 19)

Argumentum. 1 Respondet Attici literis ab Appii tabellario sibi allatis; 2 de Atiliano nomine; 3 de itineris sui fama; 4 de Attici filiola parenti iucunda; 5 de Hirri repulsa.

Scr. in Cilicia A. V. C. DCCII, post XI Kal. Oct.

CICERO ATTICO S.

1 Obsignaram iam epistolam eam [1], quam puto te modo perlegisse, scriptam mea manu, in qua omnia continentur, quum subito Appii [2] tabellarius a. d. XI Kal. Octobres septimo quadragesimo die Roma celeriter (hui tam longe!) mihi tuas literas reddidit. Ex quibus non dubito, quin tu Pompeium exspectaris, dum Arimino [3] rediret, et iam in Epirum profectus sis: magisque vereor, ut scribis, ne in Epiro solicitus sis non minus, quam nos hic sumus.

2 De Atiliano [4] nomine scripsi ad Philotimum, ne appellaret Messalam.

3 Itineris nostri famam ad te pervenisse laetor, magisque laetabor, si reliqua cognoris.

4 Filiolam tuam [5] tibi iam Romae iucundam esse gaudeo; eamque, quam numquam vidi, tamen et amo, et amabilem esse certo scio. Etiam atque etiam valete, Patro, et tui condiscipuli [6].

CCXX.

(Ad Att. V, 19)

Argomento. 1 Risponde alla lettera di Attico datagli dal corriere di Appio; 2 circa la partita di Atilio; 3 circa la voce del suo viaggio; 4 circa la figliuola di Attico, tenerezza del padre; 5 e della ripulsa d'Irro.

Scritta dalla Cilicia l'anno DCCII, dopo i 21 di Settembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Io avea già sigillata quella lettera, che tu dei a quest'ora aver letta, di mia mano, nella quale è contenuta ogni cosa: quand'ecco di repente a' 21 di settembre, il quarantesimosettimo giorno dalla sua partita da Roma (assai presto, capperi! sì lungo viaggio[1]), il corriere di Appio mi diè la tua lettera, dalla quale ritrassi che tu, aspettato Pompeo che tornasse da Rimino, dei esser passato in Epiro; e, secondo che tu mi scrivi, io non vorrei che tu non avessi in Epiro punto meno di molestie che io m'abbia qui.

2 Quanto al debito di Atilio, ho scritto a Filotimo che a Messala non facesse la citazione.

3 Io ho gran piacere che ti sia pervenuta la novella del mio viaggio; e l'avrò maggiore, sapendo tu il resto.

4 Mi consolo del diletto che tu prendi costì in Roma della tua figlioletta; la quale, comechè io non l'abbia veduta mai, ed amo, e mi tengo certo essere degna che tutti l'amino. Fatevi con Dio, vel dico una e due volte, tu Patrone e' tuoi condiscepoli [2]. Mi piace che

Quae de Tarentinis 7 in militia laboravi, ea tibi grata esse gaudeo.

5 Quod scribis libente te repulsam tulisse eum 8, qui cum sororis tuae filii patruo certaret: magni amoris signum. Itaque me etiam admonuisti, ut gauderem. Nam mihi in mentem non venerat. Non credo, inquis. Vt libet; sed plane gaudeo; quoniam τὸ νεμεσᾶν interest τοῦ φθονεῖν 9.

CCXXI. (Ad Div. XV, 1)

Argumentum. Nuntiat Parthorum magnas copias Euphratem transire coepisse, et petit, ut senatus maiorem exercitum depellendi periculi causa mittat.

Scr. in Cilicia A. V. C. DCCII, mense Sept. exeunte.

M. TVLLIVS M. F. CICERO PROCOS. S. P. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENATVI 1

S. V. V. B. E. E. Q. V. 2 Etsi non dubie mihi nuntiabatur, Parthos transisse Euphratem cum omnibus fere suis copiis: tamen, quod arbitrabar, a M. Bibulo proconsule certiora de his rebus ad vos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse publice 3 scribere ea, quae de alterius provincia nuntiarentur. Postea vero quam certissimis auctoribus, legatis, nuntiis, literis sum certior factus: vel quod tanta res erat, vel quod

tu abbi gradito ogni cosa da me operata circa i Tarentini [3] nella milizia.

5 Quello che tu mi scrivi, te aver goduto dello sfratto dato al Messere che fu alle mani col zio del figliuolo di tua sorella [4], egli mi è pruova del grande amor tuo: onde anche tu mi tenesti ricordato che io dovessimene rallegrare, da che e' mi era uscito di mente. Non tel credo: mi di' tu. Credi pure che vuoi; ma, ti prometto, me ne rallegro: da che altro è lo sdegnarsi, ed altro portar invidia.

CCXXI. (A Div. XV, 1)

Argomento. Loro fa sapere come i Parti aveano in gran corpo cominciato passar l'Eufrate; e dimanda al Senato un rincalzo di truppe, se volea la provincia assicurata.

Scritta dalla Cilicia l'anno DCCII, sul finir di Settembre.

M. T. CICERONE, F. DI MARCO, PROC., AI CONS., AI PRET., AI TRIB. DELLA PLEBE ED AL SEN. [1] S.

Se voi siete sani, sia con Dio; io sono, e l'esercito altresì. Egli è vero che io avea novelle non dubbie, i Parti aver passato l'Eufrate [2] con tutto quasi il loro esercito; ma facendo io ragione che il nostro Bibulo proconsole dovea mandarvi di questo fatto notizie più certe, io m'era deliberato non convenire a me lo scrivere a voi di ciò che si contava della provincia non mia. Ma da poi che sulla fede indubitata di legati, corrieri e lettere ne fui certificato (sia perchè la cosa troppo

nondum audieramus, Bibulum in Syriam venisse, vel quia administratio huius belli mihi cum Bibulo paene est communis: quae ad me delata essent, scribenda ad vos putavi. Regis Antiochi Commageni legati primi mihi nuntiarunt, Parthorum magnas copias Euphraten transire coepisse. Quo nuntio allato, quum essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent, statui exspectandum esse, si quid certius afferretur. A. d. XIII Kalendas Octobr. quum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniae et Cappadociae mihi literae redditae sunt a Tarcondimoto, qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusque populi Romani existimatur: Pacorum [4] Orodi, regis Parthorum, filium, cum permagno equitatu Parthico transisse Euphraten, et castra posuisse Tybae [5]; magnumque tumultum esse in provincia Syria excitatum. Eodem die ab Iamblicho [6], Phylarcho Arabum, quem homines opinantur bene sentire, amicumque esse rei publicae nostrae, literae de eisdem rebus mihi redditae sunt. His rebus allatis, etsi intelligebam, socios infirme animatos [7] esse, et novarum rerum exspectatione suspensos: sperabam tamen, eos, ad quos iam accesseram, quique nostram mansuetudinem [8] integritatemque perspexerant, amiciores populo Romano esse factos; Ciliciam autem firmiorem fore, si aequitatis nostrae [9] particeps facta esset. Et ob-

era grave, o perchè non si sapea peranco Bibulo essere in Siria, o perchè il menare di questa guerra era per poco a me comune con esso lui), ho giudicato di scrivervi quello che mi fu rapportato. Primi furono i legati del re Antioco Commageno [3] a farmi sapere del passaggio che aveano cominciato far dell'Eufrate un gran corpo di Parti. Ma essendovi alcuni che credeano non essere alla novella di siffatto Re da dar troppa fede, volli soprattenermi a nuova più certa. A' 19 di settembre, trasportando io le truppe in Cilicia, tra il paese della Licaonia e di Cappadocia ebbi lettere da Tarcondimoto [4] (sozio lealissimo che è reputato, e de' Romani amicissimo, di là dal Tauro) come Pacoro [5], figliuol d'Orode re de' Parti, avea con grossissima cavalleria di quella gente passato l'Eufrate, e messosi ad oste in Tiba; di che gran trambusto nella Siria s'era levato. Il dì medesimo ebbi le novelle medesime da Iamblico, filarco degli Arabi [6], che ha voce di affezionato e di amico della nostra Repubblica. Sopra questi rapportamenti, quantunque vedeva io bene piccolo assegnamento esser da fare sopra gli alleati, i quali stavano sull'ali circa l'evento della cosa, io sperava tuttavia, quelli fra' quali io era già venuto, e conosciuta la mia dolcezza e integrità, doversi esser meglio affezionati a' Romani, e la Cilicia [7] meglio radicarsi nella fede, qualora avesse assaggiata la mia discrezione. Per tutto que-

eam causam, et ut opprimerentur ii, qui ex Cilicum gente [10] in armis essent, et ut hostis is, qui esset in Syria, sciret, exercitum populi Romani non modo non cedere his nuntiis allatis, sed etiam propius accedere: exercitum ad Taurum institui ducere. Sed, si quid apud vos auctoritas mea ponderis habet, in iis praesertim rebus, quas vos audistis [11], ego paene cerno: magno opere vos et hortor et moneo, ut his provinciis serius vos quidem, quam decuit, sed aliquando tamen consulatis. Nos quemadmodum instructos, et quibus praesidiis munitos [12] ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari. Quod ego negotium non stultitia obcaecatus, sed verecundia deterritus, non recusavi. Neque enim umquam ullum periculum tantum putavi, quod subterfugere mallem, quam vestrae auctoritati obtemperare. Hoc autem tempore res sese sic habet, ut, nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, mature in has provincias miseritis, summum periculum sit, ne amittendae sint omnes hae provinciae, quibus vectigalia [13] populi Romani continentur. Quamobrem autem in hoc provinciali delectu spem habeatis aliquam, causa nulla est. Neque multi sunt; et diffugiunt qui sunt, metu oblato. Et, quod genus hoc militum sit, iudicavit vir fortissimus M. Bibulus in Asia; qui, quum vos ei permisis-

sto, ed anche per attutire que' de' Cilici che avean preso l'armi, e finalmente acciocchè il nemico, venuto in Siria, intendesse che l'esercito romano non pure a siffatte novelle non si ritirava, ma gli si accostava più, mi sono deliberato di condurre l'esercito al Tauro. Tuttavia, se appo voi ha niente di forza la mia autorità, singolarmente in siffatto frangente che voi sentiste contare, ed io ho per poco sugli occhi, quanto posso, vi ammonisco e conforto che di queste provincie, troppo tardi, in vero, che non vi si conveniva, ma pur finalmente vi diate qualche pensiero. Come ben fornito di gente, e con qual rinforzo di aiuti, io sia stato da voi contro il sospetto di tanta guerra mandato qua, voi vel sapete. Questa spedizione io non ho rifiutata, non miga che la sciocchezza m'avesse tolto gli occhi, ma fui ritenuto da certa vergogna: da che non ho mai giudicato alcun pericolo poter essere così grave, da dover io anzi cessarlo, che cedere alla vostra autorità. Ma le cose sono ora condotte a tale, che, non mandando voi qua tostamente tanto di gente, quanta siete soliti nelle guerre più pericolose, corriam sommo pericolo di perdere tutte queste provincie, che sono il nerbo maggiore del popol romano [8]. Ora nelle leve da farsi qui non c'è da far punto di capitale: prima, egli son pochi; l'altra, questi pochi, alla prima paura che loro sia fatta, spulezzano; ed anche di che fatta soldati sien questi, sel seppe bene nell'Asia M. Bibulo

setis, delectum habere noluit[14]. Nam sociorum auxilia, propter acerbitatem atque iniurias imperii nostri[15], aut ita imbecilla sunt, ut non multum nos iuvare possint, aut ita alienata a nobis, ut neque exspectandum ab iis, neque committendum iis quicquam esse videatur. Regis Deiotari et voluntatem, et copias, quantaecumque sunt[16], nostras esse duco. Cappadocia est inanis[17]. Reliqui reges tyrannique, neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt. Mihi in hac paucitate militum animus certe non deerit; spero ne consilium quidem. Quid casurum sit, incertum est. Vtinam saluti nostrae consulere possimus! dignitati certe consulemus[18].

CCXXII. (Ad Div. III, 8)

Argumentum. 1 Quum Appius questus esset, quod Cicero legatos civitatum provinciae Romam ire, ut Appium in senatu laudare possent, prohibuisset, aliosque sermones ad se delatos esse scripsisset, e quibus iniquum in se Ciceronis animum esse suspicaretur; Cicero haec opprobria diluit, ita ut Appium, si istis sermonibus crediderit, parum cautum, sin quae sibi in mentem venerint, aliis attribuat, nimis astutum significet. 2 Praeterea agit gratias, quod diligenter de rebus urbanis scripserit, petitque, ut curet, ne sibi provincia prorogetur. 3 Tandem pauca de suis rebus, et de Parthis scribit.

fortissimo uomo, il quale, conciossiachè ne avesse da voi avuta la facoltà, non volle levarne un solo. Quanto poi al rinforzo degli alleati, colpa la durezza e lo strazio de' nostri governatori, o sono così snervati da nulla sperarne di buono, o tanto alienati da noi, che nulla è da aspettare da loro, nè da mettere ad essi in mano. Il zelo del re Deiotaro colle sue truppe, tutte quante elle sono, io le tengo per nostre. La Cappadocia è un deserto; gli altri re e signorotti nè di forze nè di animo non son da fondarvisi sopra. In tanto poco di truppa, io non mancherò certo di coraggio, e spero nè eziandio di consiglio. Quello che sia per avvenire, Dio 'l sa. Così possa io uscirne a bene! certo con dignità.

CCXXII.

(A Div. III, 8)

Argomento. 1 Appio avea fatto richiamo che Cicerone avesse a' legati delle città di provincia tagliato l'andare a Roma, dove avrebbono lodato Appio in Senato; e scritto come gli era stato rapportato di altre cose da Cicerone dette, che gli faceano sospettare del suo animo verso di lui nimicato. Cicerone sventa queste calunnie, provando ad Appio che se egli diede orecchio a queste ciarle, era poco avveduto; se poi attribuiva agli altri le cose che a lui passavano per la mente, troppo furbo. 2 Anche gli rende grazie delle accurate notizie dategli de' fatti di Roma, e lo prega di far opera che il suo governo non gli sia prorogato. 3 Ritocca da ultimo de' Parti e delle cose proprie.

Scr. in castris in agro Mopsuhestiae A. V. C. DCCII, VIII Id. Octobr.

M. T. CICERO PROCOS. S. D. APPIO PVLCHRO

a casa sua [5]. Or mi ricorda quello che tu sul partire mi raccomandasti, e credo anche te non aver dimenticato la mia risposta; e non fa oggimai luogo di più parole. Di sola una cosa posso ammonirti: caso che il partito non ti dispiaccia, non credo che al presente tu debba punto scuoprirti; si stia a vedere l'esito di questa causa: perchè non forse, ascendone qualche cenno, tu non ne dovessi acquistar mala voce. Che se qualche sentor ne trapeli, dàlla pur fuori, più chiaro eziandio che non convenga, o si faccia per te: da che nè egli medesimo potrebbe tenere in sè una cosa che tanto aiuterebbe la sua speranza, e che venendogli fatto il suo disegno, acquisterebbegli tanto più di onore: massimamente che egli è un uomo sì fatto, che (sapendo anche essergli rovinoso il trombettar la cosa) penerebbe a tenerla dentro.

3 Dicono che Pompeo per Appio fa il diavolo; anzi credono che e' debba mandare a te l'uno o l'altro de' suoi figliuoli. Qui non c'è anima che nol faccia assoluto: e ben posso affermarti che qui nelle pratiche s'è fatto d'ogni erba fascio. Consoli abbiamo di somma diligenza [6]; ma fino ad ora non poterono fare un senatoconsulto se non delle ferie latine [7]. Il tribunato del nostro Curione è gelato; ma e' non si potrebbe dire come qui ogni cosa sia morta. Se non fosse che io sono spesso alle mani co' tavernieri e co' maestri dell'acqua [8], la città sarebbe caduta in apoplessia. Se è vero che i Parti non ti danno costì delle calde, noi abbiamo qui una fredda che ci aggiela; e tuttavia sebben qui sia tutto languore, non era bisogno costì de' Parti [9]. Bibulo perdette nell'Amano non so che di mezze coorti: così si conta. Quanto a ciò che di sopra ti

est. Quod tibi supra scripsi, Curionem valde frigere: iam calet. Nam ferventissime concerpitur [24]. Levissime enim, quia de intercalando non obtinuerat [25], transfugit ad populum, et pro Caesare loqui coepit: legemque viariam [26], non dissimilem agrariae Rulli, et alimentariam, quae iubet aediles metiri [27], iactavit. Hoc nondum fecerat, quum priorem partem epistolae scripsi. Amabo te, si quid, quod [28] opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratia. De Dolabella integrum tibi reserves [29], suadeo. Et huic rei, de qua loquor, et dignitati tuae, aequitatisque opinioni [30] hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit, pantheras graecas [31] me non habere.

CCXLIII. (Ad Div. VIII, 7)

Argumentum. A Parthico bello se Ciceroni timere significat. Praeterea Cornificii et Orestillae nuptias, Paullae divortium, Servium Ocellam in adulterio deprehensum nuntiat.

Scr. Romae A. V. C. DCCIII, postr. post super.

CAELIVS CICERONI S.

Quam cito tu istinc decedere cupias, nescio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius rem gessisti [1]. Dum istic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meum [2] metus ali-

dissi, che Curione era gelato, sappi che ha già preso caldo: da che gli si fa contro il maggior fuoco del mondo. Conciossiachè con la infinita sua leggerezza, per non aver potuto ottenere la prorogazione di un giorno [10], s'è gettato al popolo, e mise mano a favorir Cesare [11]; e già trombettò la sua legge sopra le strade (non diversa dalla agraria di Rullo), e sopra le vettovaglie [12], che agli edili impone il compartire del grano. Ma fino a scritta la prima parte di questa lettera non erano state che parole. Se tu se' per fare ad Appio cotesto bene, fa, caro il mio Marco, di tornarmi in grazia con lui. Circa a Dolabella [13], fa a modo mio, conservamiti libero di te stesso. Così mette meglio al negozio presente, alla dignità tua, ed alla voce che hai di uomo ragionevole. Se io rimarrò senza pantere in Grecia, il disonore tornerà in te.

CCXLIII. (A Div. VIII, 7)

Argomento. Gli dice di essere in pena per conto di Cicerone, dal lato della guerra Partica; anche delle nozze di Cornificio con Orestilla, e del divorzio di Paola; e come Servio Ocella era stato còlto in adulterio.

Scritta a Roma l'anno DCCIII, il giorno dopo la precedente.

CELIO A CICERONE S.

Per qual tempo tu solleciti la tua partenza di costì, nol so io: questo so bene, che io la sollecito tanto più, quanto fino a qui ogni cosa ti disse meglio [1]. Rimanendo costì, io sarò in pena per conto de' Parti, non forse qualche timore mi sconci questa allegrezza [2].

qui perturbet. Breviores has literas properanti publicanorum tabellario subito dedi: tuo liberto pluribus verbis scriptas pridie dederam. Res autem novae nullae sane acciderunt, nisi haec vis tibi scribi, quae certe vis. Cornificius adolescens Orestillae filiam sibi [3] despondit. Paulla Valeria, soror Triarii [4], divortium sine causa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit. Nuptura est [5] D. Bruto. Nondum retulerat. Multa in hoc genere incredibilia, te absente, acciderunt. Servius Ocella nemini persuasisset se moechum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. Quaeres, ubi? ubi hercule ego minime vellem [6]. Relinquo tibi, quod ab aliis quaeras. Neque enim displicet mihi, imperatorem singulos percontari, cum qua [7] sit aliqui deprehensus.

CCXLIV. (Ad Div. III, 7)

Argumentum. 1, 2 Querelas Appii de impedita legatorum Appianorum aedificatione refellit; 3 et quod suspicatus erat Appius se obviam ei prodire noluisse, falsum esse demonstrat; seque ei amicissimum fore confirmat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Febr.

M. T. C. IMP. [1] S. D. APPIO PVLCHRO.

1 Pluribus verbis [2] ad te scribam, quum plus otii nactus ero. Haec scripsi subito, quum Bruti pueri Laodiceae [3] me convenissent, et se Romam

Tu avrai questa lettera anzi breve che no, per averla io consegnata all'improvvista al corriere de' publicani [3] che aveva gran fretta; ieri ne diedi una più lunga al tuo liberto. Nulla di nuovo; se già non ami di saper le cose che dirò: chè ben tu lo ami. Il giovanetto Cornificio [4] diede l'anello alla figliuola di Orestilla [5]. Paola Valeria [6], sorella di Triario [7], tornò a' suoi senza ragione il dì medesimo che suo marito dovea tornar di provincia. Ella si mariterà con D. Bruto [7], senza aver anche di ciò fatto nulla sapere. Da che tu se' partito ne avvennero delle siffatte molte, da non le credere. Servio Ocella [9] non avrebbe fatto credere a nessuno, sè essere adultero, se due volte in tre dì non ci fosse stato côlto. Or dove? domandi tu. Dove, te lo prometto, mi duole all'anima. Ma io lo lascio a te, che lo ricolga dagli altri: conciossiachè non giudico sconveniente che un imperadore vada ripescar a uscio a uscio, con qual donna altri sia côlto in fallo.

CCXLIV. (A Div. III, 7)

Argomento. 1, 2 Sventa le doglianze di Appio, circa l'aver lui impedita la fabbrica de' legati Appiani; 3 gli prova falso il suo sospetto, che egli non avesse voluto venirgli all'incontra; e se gli promette amicissimo.

Scritta a Laodicea l'anno DCCIII, nel mese di Febbraio.

M. T. CICERONE IMP. AD APPIO PULCRO S.

1 Scriverò più lungo come abbia tempo più comodo [1]: questa ho scritto a rotta, per la fretta che mi mostrarono d'andar a Roma i servi di Bruto, che in

properare dixissent. Itaque nullas iis, praeterquam ad te et ad Brutum, dedi literas.

2 Legati Appiani [4] mihi volumen a te, plenum querelae iniquissimae, reddiderunt, quod eorum aedificationem [5] literis meis impedissem. Eadem autem epistola petebas, ut eos quam primum ne in hiemem inciderent, ad facultatem aedificandi liberarem; et simul peracute querebare [6] quod eos tributa exigere vetarem prius, quam ego, re cognita, permisissem. Genus enim quoddam fuisse [7] impediendi, quum ego cognoscere non possem, nisi quum ad hiemem me ex Cilicia recepissem. Ad omnia accipe; et cognosce aequitatem [8] expostulationis tuae. Primum, quum ad me aditum esset ab iis, qui dicerent, a se intolerabilia tributa exigi: quid habuit iniquitatis, me scribere, ne facerent ante, quam ego rem causamque cognossem? [9] Non poteram, credo, ante hiemem. Sic enim scribis. Quasi vero ad cognoscendum ego ad illos [10], non illi ad me venire debuerint. Tam longe? [11] inquis. Quid? quum dabas iis literas, per quas mecum agebas ne eos impedirem, quo minus ante hiemem aedificarent, non eos ad me venturos arbitrabare? Tametsi id quidem fecerunt ridicule. Quas enim literas afferebant, ut opus aestate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. Sed scito, et multo plures esse, qui de tributis recusent, quam

Laodicea mi s' erano presentati; di che io non diedi loro più che questa a te, ed una a Bruto.

2 I legati d'Appia mi consegnarono da tua parte un tomo [2], pieno di querele irragionevolissime, che io con le mie lettere avessi guasta loro l'opera del fabbricare [3]. Nella medesima letterà tu mi pregavi che io sollicitamente li licenziassi di poter fabbricare, acciocchè l'opera non cadesse nel verno; e nel medesimo tempo mi davi una sorda spuntonata [4] perchè io avessi loro disdetto di esigere i tributi, prima che, informato della cosa, l'avessi loro permesso: conciossiachè e' fosse stato un cotal come disdire la cosa, non potendo io informarmene prima del verno, quando io mi sarei ricondotto dalla Cilicia. Or abbiti la risposta a ciascuno di questi punti, e conosci la ragionevolezza del tuo richiamo. La prima cosa, s'erano a me rappresentati alcuni, richiamandosi de' tributi intollerabili lor comandati: quale ingiustizia fu la mia dello scrivere che io feci che e' non dovessero metter mano prima che io avessi esaminato la cosa e 'l perchè? Ma e' sarà stato (così tu mi scrivi) perchè io non potea farlo prima del verno: quasi come per questa disamina io a loro, e non egli dovessero venirsene a me. Oh di sì lontano? tu di'. Vedi mo! quando tu consegnasti loro le lettere, con le quali tu volevi stornare dallo storpiarli del fabbricare prima del verno, non ponesti mente che e' doveano venire perfino a me? quantunque egli abbiano operato assai goffamente: perchè le lettere che dimandavano licenza di fabbricar nella state, me le consegnarono dopo il solstizio d'inverno [5]. Ma vivi sicuro che e' sono troppi più quelli che non l'intendono dell'esigere i tributi, che gli altri che ne sieno contenti;

qui exigi velint; et me tamen, quod te velle existimem, esse facturum. De Appianis hactenus.

3 A Pausania, Lentuli liberto, accenso meo, audivi, quum diceret, te secum esse questum, quod tibi obviam non prodissem. Scilicet contemsi te; nec potest fieri me quicquam superbius [12]. Quum puer tuus ad me secunda fere vigilia [13] venisset, isque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiasset, incertumque, utra via, quum essent duae: altera Varronem, tuum familiarissimum, altera Q. Leptam, praefectum fabrum [14] meum, tibi obviam misi. Mandavi utrique eorum, ut ante ad me excurrerent [15], ut tibi obviam prodire possem. Currens Lepta venit, mihique nuntiavit, te iam castra praetergressum esse. Confestim Iconium veni. Cetera iam tibi nota sunt. An ego tibi obviam non prodirem? [16] primum, Appio Claudio? deinde, imperatori? deinde, more maiorum? Denique [17], quod caput est, amico? praesertim quum in isto genere multo etiam ambitiosius [18] facere soleam, quam honos meus et dignitas postulat. Sed haec hactenus. Illud idem Pausanias dicebat, te dixisse: Quidni? [19] Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obviam: Cicero Appio noluit? Quaeso, etiamne tu has ineptias (homo, mea sententia, summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem [20], quae est virtus, ut Stoici rectissime putant) ullam Ap-

e che tuttavia io sono per fare quello che vedrò essere tuo piacere. Ma basti di que' d'Appia.

3 Ma io udii Pausania, liberto di Lentulo, mio servigiale [6], che dicea como tu ti eri seco doluto che io non ti fossi venuto a scontrare. Appunto! Io non feci niun conto di te; non è al mondo superbia maggior della mia. Venne a me intorno alla mezza notte [7] il tuo fante, dicendomi che tu prima dell'aurora saresti stato ad Iconio. Non sapea per qual via delle due che ci sono. Adunque per l'una ti mandai incontro Varrone, tuo famigliarissimo; per l'altra Q. Lepta, capo de' miei ingegneri [8], con ordine all'uno ed all'altro di fare una corsa per avvisarmene, acciocchè io potessi uscire a scontrarti. Lepta venne a me a casa, dicendomi che tu avevi già travalicato gli alloggiamenti. Di tratto venni ad Iconio; il resto lo lascio dire a te. Diavolo! che io non ti venissi incontro? prima ad un Appio Claudio? poi ad un imperadore? anche, essendo così l'uso de' vecchi? da ultimo (ed è il più) ad un amico? massimamente che in così fatti servigii io non soglia a pezza guardarla così nel sottile, in fatto di mio onore e di dignità. Ma troppo s'è detto. Ma e lo stesso Pausania dicea che tu avevi detto: Come? Appio andò incontro a Lentulo; Lentulo ad Appio; e ad Appio Cicerone non volle? — Dimmi di grazia, dai tu luogo eziandio a queste ciance? tu, a mio parere, uomo di somma prudenza e di somma dottrina, e di sperienza più assai? ed aggiugnivi eziandio d'urbanità? [9] che è vera virtù, a giudizio dirittissimo degli Stoici. Or pensi tu che io

pietatem, aut Lentulitatem [21] valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas? Quum ea consecutus nondum eram, quae sunt hominum opinionibus amplissima: tamen ista vestra nomina numquam sum admiratus; viros eos [22], qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. Postea vero, quam ita et cepi et gessi maxima imperia ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam [acquirendum][23] deesse putarem: superiorem quidem numquam, sed parem vobis me speravi esse factum. Nec, mehercule, aliter vidi existimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui umquam fuerunt, vel P. Lentulum [24], quem mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paullo diligentius (ut quid sit εὐγένεια, quid sit nobilitas intelligas [25]) Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis. Sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modo, verum etiam amicissimum existimes velim. Profecto omnibus meis officiis efficiam, ut ita esse vere possis iudicare. Tu autem si id agis, ut minus mea causa, dum ego absim, debere videaris, quam ego tua laborarim [26]: libero te ista cura;

παῤ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,
Οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.

Si autem natura es φιλαίτιος, illud non perficies quo minus tua causa velim. Hoc assequere, ut

creda, la Appietà, o la Lentulità dare all'uomo pregio maggiore della virtù? Io non era anche pervenuto a quegli onori che a giudizio degli uomini sono di tutti nobilissimi; e tuttavia io non ho mai fatto gran conto di cotesti vostri nomi: sì giudicava grandi que' personaggi che a voi gli aveano lasciati. Ma poscia avendo io conseguito ed amministrato le massime dignità, cotalchè quanto ad onori nè a gloria non mi restava da salir più; certo non mai d'avervi soverchiato [10], sì bene mi confido d'avervi agguagliato. Nè, in fede mia, io ho trovato altro essere il giudizio di Gneo Pompeo, che io metto sopra a quanti furono mai, nè di P. Lentulo, che io a me medesimo metto innanzi. Se tu giudichi diversamente, non uscirai dal vero, se (per sapere quello che sia eccellenza e quello che nobiltà) tu voglia con un po' più diligenza por mente a quello che di siffatte cose disputa Atenodoro, figliuol di Sandone [11]. Ma, per tornare in via, io voglio che tu m'abbi non pur tuo amico, ma eziandio amicissimo. Certo con ogni fatta di uffizii io terrò tal modo, che tu per tale mi conoscerai veramente. Quanto a te, se tu operi in modo da mostrar di dovere per conto mio darti meno travaglio in questo tempo di mia lontananza, di quel che io mi diedi per conto di te, io ti assolvo da questo pensiero [12]: *Io avrò ben degli altri che mi facciano onore, e sopra tutti Giove provvedente.* Che se tu per natura se' lamentoso, tu non farai per questo che io sia men tenero di te: sì questo otterrai, che io mi darò piccola pena che tu la pigli in

quam in partem tu accipias, minus laborem. Haec ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei benivolentiaeque: quam a me certo iudicio [27] susceptam, quoad tu voles, conservabo. Vale.

CCXLV. (Ad Div. II, 14)

Argumentum. 1 M. Fabii Galli negotium de fundo Herculanensi commendat; 2 de urbanis rebus Caelii literas exspectare se significat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Febr.

M. T. C. IMP. M. CAELIO AEDILI CVRVLI S. D.

1 M. [1] Fabio, viro optimo et homine doctissimo, familiarissime utor, mirificeque eum diligo quum propter summum ingenium eius, summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Eius negotium [2] sic velim suscipias, ut si esset res mea. Novi ego vos magnos patronos [3]: Hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. Sed in hoc homine nullam accipio [4] excusationem. Omnia relinques, si me amabis, quum tua opera Fabius uti volet.

2 Ego res Romanas vehementer exspecto et desidero; in primisque, quid agas [5], scire cupio. Nam iamdiu, propter hiemis magnitudinem, nihil novi ad nos afferebatur [6]. Vale.

buona parte, od in mala. T'ho scritto questo anzi a sicurtà che no, sopra la coscienza del dover mio, e di quella benvoglienza, la quale avendo io con deliberato giudizio ricevuta nel cuore, io mi vo' conservare quanto tu mel consenta. A Dio.

CCXLV. (A Div. II, 14)

Argomento. 1 Gli raccomanda l'affare di Fabio Gallo, circa il fondo Ercolanese; 2 e gli dice di aspettar sue lettere intorno a' fatti della città.

Scritta a Laodicea l'anno DCCIII, nel mese di Febbraio.

M. T. CICERONE IMP. A M. CELIO, EDILE CURULE, S.

1 Io sono intrinsichissimo di M. Fabio, ottimo personaggio ed uomo dottissimo, e gli voglio un ben pazzo, sì per lo sommo suo ingegno, e sì per la singolar sua modestia. Tu dei pigliarti a cuore l'affar suo [1], facendolo mio. So io bene che voi siete avvocati di primo grado, e che è bisogno ammazzar qualcuno, chi vuol avervi in faccenda per sè: ma in sì fatta persona io non accetto scuse, e tu lascerai rovinar il mondo, se tu mi ami, per attendere al bisogno che Fabio avesse di te.

2 Io mi muoio di saper le cose di Roma, e soprattutto quello che tu ti faccia vorrei sapere: da che egli è un secolo che, per la gravezza del verno, qui non viene nulla di nuovo. A Dio.

CCXLVI. (Ad Div. IX, 25)

Argumentum. 1 Literis a Papirio Paeto acceptis, quibus ille aliquid de re militari praeceperat, in eius et suam ipsius rei militaris peritiam iocatur; 2 deinde M. Fabii Galli negotium ei commendat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Febr.

CICERO IMP. PAETO.

1 Summum me ducem literae tuae reddidere[1]. Plane nesciebam, te tam peritum esse rei militaris. Pyrrhi te libros et Cineae[2] video lectitasse. Itaque obtemperare cogito praeceptis tuis: hoc amplius; navicularum habere aliquid in ora maritima. Contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem[3] inveniri posse. Sed quid ludimus? nescis, quocum imperatore tibi negotium sit. Παιδείαν Κύρου[4], quam contriveram legendo totam in hoc imperio explicavi. Sed iocabimur alias coram, ut spero, brevi tempore[5]. Nunc ades ad imperandum[6], vel ad parendum pótius: sic enim antiqui loquebantur.

2 Cum M. Fabio (quod scire te arbitror) mihi summus usus est; valdeque[7] eum diligo, quum propter summam probitatem eius, ac singularem modestiam, tum quod in his controversiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis, optima

CCXLVI. (A Div. IX, 25)

Argomento. 1 Avendo Cicerone avuto lettere di Papirio Peto, nelle quali avea sparso qualche precetto di milizia, vien berteggiando sopra la militar perizia di lui e la sua propria; 2 indi gli raccomanda l'affare di M. Fabio Gallo.

Scritta a Laodicea l'anno DCCIII, nel mese di Febbraio.

CICERONE IMP. A PETO.

1 Le tue lettere mi hanno renduto un gran generale. Va: io non ti sapea tanto innanzi nelle cose di guerra. Ben veggo che tu logorasti i libri di Pirro e di Cinea [1]: il perchè io fo ragione di seguire i tuoi precetti; e sopra ciò, io vo' anche tenere lunghesso le marine qualche po' di saettie, da che dicono che contro la cavalleria de' Parti non è fornimento che sia più il caso di questo. Ma facciam noi a bamboleggiare? tu non sai, generale col qual tu sii alle mani: io dico la *Ciropedia* [2], la quale già da me logorata leggendo, l'ho recata in opera, quanto ella è lunga, in questo mio impero. Ma da berteggiare a corpo a corpo noi avremo ben tempo, e di corto, siccome spero. Ora stammi ad udire quello che t'ho a comandare [3].

2 Io sono (come credo che tu sappia) due anime in un nocciolo con M. Fabio; e lo amo da pazzo, sì per la somma sua e probità e singolare modestia, e sì perchè, nelle controversie che io ho con cotesti tuoi simposiachi Epicurei, egli mi suole servir a piè e a cavallo.

opera eius uti[8] soleo. Is quum ad me Laodicean venisset, mecumque ego eum esse vellem, repent percussus est atrocissimis literis, in quibus scriptum erat, fundum Herculanensem[9] a Q. Fabio fratre, proscriptum esse; qui fundus cum eo communis esset. Id M. Fabius pergraviter tulit, existimavitque, fratrem suum, hominem non sapientem, impulsu inimicorum suorum eo progressum esse. Nunc, si me amas, mi Paete, negotium totum suscipe, et molestia Fabium libera. Auctoritate tua nobis opus est, et consilio, et etiam gratia. Noli pati litigare fratres, et iudiciis turpibus conflictari. Matonem et Pollionem inimicos habet Fabius. Quid multa? Non mehercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. Id ille in te positum esse putat, mihique persuadet.

CCXLVII. (Ad Div. XIII, 59)

Argumentum. M. Fabium commendat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Febr.

M. T. CICERO C. CVRTIO PEDVCAEANO[1] PRAETORI S. D.

M. Fabium unice diligo, summaque mihi cum eo consuetudo et familiaritas est pervetus. In eius controversiis quid decernas, a te non peto (ser-

Ora essendo egli venuto a me a Laodicea, e pregandolo io di rimaner con esso meco, egli inaspettatamente rimase ferito da atrocissime lettere, che gli rapportarono aver Quinto Fabio, fratel suo, messo in vendita il podere di Ercolano, che e' posseggono a comune. M. Fabio ne sentì un dolore di morte; e fece ragione, il fratel suo (che non è un Platone), istigato da' suoi nemici, essersi lasciato strascinare fin là. Adunque, o mio Peto, per tutto il bene che tu mi porti, piglia sopra te tutto questo negozio; cavami Fabio di questa pena, e non voler patire che due fratelli si facciano lite, duellando seco alle civili con loro infamia. Fabio ha due nemici, Matone 4 e Pollione. Ma che più chiacchiere? affè! non ho parole che sieno tante a dirti quanto mi sarebbe carissimo, se tu cavassi Fabio d'imbroglio. Or egli mi dice che il farlo dimora in te; ed io glielo credo.

CCXLVII. (A Div. XIII, 59)

Argomento. Raccomanda M. Fabio.

Scritta a Laodicea l'anno DCCIII, nel mese di Febbraio.

M. T. CICERONE A C. CURZIO PEDUCEANO PRETORE S.

Marco Fabio amo io da figliuolo, come amico antichissimo ed intrinseco quanto esser possa. Io non ti prego che nella sua lite tu giudichi così o così (man-

vabis, ut tua fides et dignitas [2] postulat, edictum et institutum tuum), sed ut quam facillimos ad te aditus habeat; quae erunt aequa, libente [3] te impetret; ut meam amicitiam sibi, etiam quum procul absim, prodesse sentiat, praesertim apud te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

CCXLVIII. (Ad Div. XIII, 58)

Argumentum. Custidium, municipem suum, commendat.

Scr. in Provincia A. V. C. DCCIII, mense incerto.

M. CICERO C. TITIO L. F. RVFO
PRAETORI VRBANO S.

L. Custidius est tribulis, et municeps, et familiaris meus. Is causam habet; quam causam ad te deferet [1]. Commendo tibi hominem, sicuti tua fides, et meus pudor postulat: tantum, ut faciles ad te aditus habeat; quae aequa postulabit, ut libente te [2] impetret; sentiatque, meam sibi amicitiam, etiam quum longissime absim [3], prodesse, in primis apud te.

CCXLIX. (Ad Div. III, 9)

Argumentum. 1 Appii epistolam ex urbe scriptam laudat; 2 gratulatur ei spem triumphi; 3 hortatur, ut libros augurales absolvat; 4 denique rogat, ut supplicationem sibi decerni curet.

tieni pure, secondo la fede e dignità tua, la tua legge e'l tenore); ma che tu gli faccia liberissima copia di te, e che consentendolo tu, egli ottenga checchè dimandi di ragione: sicchè egli senta essergli giovata (eziandio essend'io qui) la mia amicizia, in ispezieltà appo te. Di ciò ti fo io le maggiori e più calde istanze che io possa mai.

CCXLVIII. (A Div. XIII, 58)

Argomento. Raccomanda Custidio suo terrazzano.

Scritta dalla Provincia l'anno DCCIII, non si sa in qual mese.

M. CICERONE A C. TIZIO RUFO F. DI LUCIO, PRETORE URBANO, S.

Lucio Custidio è della mia tribù e municipio, e mio amico. Egli ti rappresenterà una sua questione. Tel raccomando, quanto dimanda la tua fede e l'onestà mia, che, senza più, egli abbia libera copia di te; che di tuo consentimento gli sia fatta ragione in ogni sua onesta dimanda: sicchè sperimenti, eziandio essendo io così fuori del mondo, essergli la mia amicizia giovata, massimamente appresso di te.

CCXLIX. (A Div. III, 9)

Argomento. 1 Loda la lettera che Appio avea scritta da Roma. 2 Si congratula seco della speranza del trionfo. 3 Il conforta di fornire i libri dell'augurato; 4 da ultimo prega che s'adoperi perchè gli sia decretato il ringraziamento.

Scr. in Cilicia A. V. C. DCCIII, vel Ian. extremo, vel initio Febr.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D.

1 Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio [1], plenas humanitatis, officii, diligentiae. Aspectus videlicet urbis [2] tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit. Nam, quas ex itinere ante, quam ex Asia egressus es [3], ad me literas misisti, unam de legatis a me prohibitis proficisci, alteram de Appianorum aedificatione impedita, legi perinvitus. Itaque conscientia meae constantis erga te voluntatis rescripsi tibi subiratus. Iis [4] vero literis lectis, quas Philotimo, liberto meo, dedisti, cognovi intellexique, in provincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse nollent; ad urbem vero ut accesseris, vel potius ut primum tuos videris, cognosse [5] te ex iis, qua in te absentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te observantia et constantia fuissem. Itaque quanti illud me aestimare putas, quod est in tuis literis scriptum: si quid inciderit, quod ad meam dignitatem pertineat, etsi vix fieri possit, tamen te parem [6] mihi gratiam relaturum? Tu vero facile facies [7]. Nihil est enim, quod studio et benivolentia, vel amore potius, effici [8] non possit.

2 Ego, etsi et ipse [9] ita iudicabam, et fiebam

Scritta dalla Cilicia l'anno DCCIII, o sul finir di Gennaio, o a' primi di Febbraio.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO S.

1 Io ho letto pure una volta lettere degne di Appio Clodio [1], piene d'umanità, cortesia, diligenza. E' vuol essere stato l'aspetto della città che mi ti tornò alla prima tua urbanità: imperocchè quelle lettere che tu, prima d'uscir dall'Asia, dietro via mi scrivesti (una circa i legati che io non avea lasciati partire, l'altra circa la fabbrica degli Appiani da me impedita), leggendole mi sconciarono al possibile; di che, sopra la coscienza che io avea del costante mio affetto, ti risposi adiraticcio. Ora dalle lettere da te consegnate a Filotimo mio liberto vidi e compresi molti essere stati nella provincia a' quali doleva la cordialità che è fra noi due; ma che, essendo tu venuto verso Roma, o piuttosto appena veduti i tuoi, essi ti raccontarono qual era stata, essendo tu fuori, la lealtà mia in te, e quale nel conservar ogni ragion d'ufficii verso di te la mia accuratezza e costanza. Per la qual cosa io lascio a te il giudicare qual peso io abbia dato a quelle tue parole: che, avvenendo cosa che importasse alla mia dignità (quantunque a pena tu lo credevi possibile), tu mi avresti renduto egual merito. Tu il potrai con tutta facilità: da che io so bene, niente alla benevolenza e meglio all'amore essere impossibile.

2 Or sebbene io medesimo me ne tenea sicuro, e

crebro a meis per literas certior; tamen maximam laetitiam cepi ex tuis literis de spe minime dubia, et plane explorata triumphi tui. Neque vero ob eam causam, quo ipse facilius consequerer (nam id quidem ἐπικούρειον est [10]); sed, mehercule, quod tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se. Quare, quoniam plures tu habes [11], quam ceteri, quos scias in hanc provinciam proficisci, quod te adeunt fere omnes, si quid velis [12]; gratissimum mihi feceris, si ad me, simul atque adeptus eris, quod et tu confidis, et ego opto, literas miseris. Longi subsellii [13] (ut noster Pompeius appellat) iudicatio et mora, si quem tibi item unum alterumve diem abstulerit (quid enim potest amplius?); tua tamen dignitas suum locum obtinebit. Sed, si me diligis, si a me diligi vis, ad me literas, ut quam primum laetitia afficiar, mittito.

3 Et velim reliquum, quod est promissi ac muneris tui [14], mihi persolvas. Quum ipsam cognitionem iuris augurii consequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter studiis erga me muneribusque delector. Quod autem a me tale quiddam desideras, sane mihi considerandum est, quonam te remunerer potissimum genere; nam profecto non est meum, qui in scribendo (ut soles admirari) tantum industriae ponam, committere, ut negligens in scribendo [15] fuisse videar: praesertim

spesso me n'era scritto da' miei; tuttavia gongolai d'allegrezza sentendo dalle tue lettere, la speranza del tuo trionfo non pure non aver più nessun dubbio, ma esser bella e conchiusa. E non è miga stato per questo che il tuo trionfo facca il ponte più comodo al mio (il che pizzica di Epicureo), ma, in mia coscienza, perchè esso tuo onore e splondore m'è caro per se medesimo. Per lo che, avendo tu alla mano, più che nessun altro, persone che tu sai venire in questa provincia (conciossiachè per poco vengono a profferirtisi per quello che ti piacesse), tu mi faresti cosa gratissima se (appena conseguito quello che tu tieni pressochè con le mani, ed io col desiderio) mel facessi assapere. Potrebbe essere che le lungaggini dell'ordine giudiciale di cotesto eterno tribunale [2] (come lo chiama Pompeo) ti frodasse uno o due giorni (e che potrebbe più?); non fallirà però al tuo merito il proprio luogo. Ma quanto a me, per l'amor che mi porti e che vuoi da me, affrettamene l'allegrezza con le tue lettere.

3 Ed aspetto anche il saldo del debito della tua promessa [3] e del tuo presente: sì perchè amo di essere informato di essa ragione augurale, e sì perchè, sopra l'anima mia, incredibilmente dilettami l'affezion tua a me e i tuoi presenti. Quanto poi al desiderio che hai d'aver da me qualcosa di questa fatta, certo assai mi bisogna consultar meco circa il cambio che io te ne dovessi mai rendere. Conciossiachè essendo io usato di por nello scrivere tanto di studio (e tu ne fai le maraviglie), certamente non debbo patire di far mostra di negligente; massime che, nel caso mio, io non

quum id non modo negligentis, sed etiam ingrati animi crimen futurum sit. Verum haec videbimus.

4 Illud, quod polliceris, velim pro tua fide diligentiaque, et pro nostra non instituta, sed iam inveterata amicitia, cures, enitare, ut supplicatio[16] nobis quam honorificentissime, quam primumque decernatur. Omnino serius misi literas, quam vellem: in quo, quum difficultas navigandi fuit odiosa, tum in ipsum discessum[17] senatus incidisse credo literas meas. Sed id feci adductus auctoritate et consilio tuo: idque a me recte factum puto, quod non statim, ut appellatus imperator sim[18], sed aliis rebus additis, aestivisque confectis[19], literas miserim. Haec igitur tibi erunt curae, quemadmodum ostendis: meque totum, et mea, et meos commendatos habebis. Vale.

CCL.

(Ad Att. V, 21)

Argumentum. 1 Attico in Epirum profecto 2 scribit de Parthicis rebus; 3 de metu suo, ne sibi provincia prorogetur; 4 de pantheris a M. Caelio postulatis; 5, 6, 7 de provinciae suae administratione; 8 de Scaptii negotio cum Salaminiis debitoribus ex Cypro; 9 de quibusdam domesticis.

pure avrei nota di negligente, ma eziandio d'animo ingrato. Ma di questo vedremo meglio.

4 Circa il ringraziamento 4, vorrei che (secondo che m'hai promesso), per la tua fede e per la diligenza, e per la nostra non manomessa, ma oggimai vecchia amicizia, tu facessi ogni prova che me ne fosse fatto decreto il più onorifico e pronto che si potesse. Al tutto mandai il dispaccio più tardi che non avrei voluto. Che sia maledetta questa difficoltà di mare! e forse anche la lettera cadde nella vacanza del Senato 5; ma io il feci sopra l'autorità e 'l consiglio tuo; e credo bene aver fatto di non mandar la lettera così subito, dopo gridato imperadore, ma aspettata la giunta di altri fatti, e levato già 'l campo. Tu sai dunque quello che (secondo la tua promessa) tu avrai a cuore; e tutto me, le cose mie ed i miei avrai per tuoi raccomandati. A Dio.

CCL. (Ad Att. V, 21)

Argomento. 1. Ad Attico andatone in Epiro 2 scrive delle cose de' Parti; 3 del suo timore, non forse il governo gli fosse prolungato; 4 delle pantere da M. Celio dimandate; 5, 6, 7 dell'amministrazione della sua provincia; 8 della bisogna di Scapzio co' Salamini da Cipro; 9 di alcune faccende di casa.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, Idib. Febr.

CICERO ATTICO S.

1 Te in Epirum salvum venisse, et, ut scribis, ex sententia navigasse, vehementer gaudeo; non esse Romae meo tempore [1] pernecessario, submoleste fero; hoc me tamen consolor: non spero te istic iucunde hiemare, et libenter requiescere [2].

2 Cassius [3], frater Q. Cassii, familiaris tui, pudentiores illas literas miserat (de quibus tu ex me requiris, quid sibi voluerint), quam eas, quas postea misit, quibus per se scribit confectum esse Parthicum bellum. Recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli adventum, sed nullo nostro εὐημερήματι [4]. Hodie vero hiemant in Cyrrhestica, maximumque bellum impendet. Nam et Orodi [5], regis Parthorum, filius in provincia nostra est; nec dubitat Deiotarus [6] (cuius filio pacta est Artavasdis filia, ex quo sciri potest), quin cum omnibus copiis ipse prima [7] aestate Euphraten transiturus sit. Quo autem die Cassii literae victrices in senatu recitatae sunt, id est, Nonis Octobribus, eodem meae tumultum nuntiantes. Axius noster ait, nostras auctoritatis plenas fuisse; illis negat creditum. Bibuli nondum erant allatae: quas certo scio plenas timoris fore.

3 Ex iis rebus hoc vereor, ne quum Pompeius

Scritta a Laodicea l'anno DCCIII, a' 13 di Febbraio.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Lodato Dio senza fine, che tu salvamente se' giunto in Epiro, e (secondo che scrivi) con buon vento: se non che del non esser tu in Roma, al presente che era tutto il caso per me, sono un po' adiraticcio; e tuttavia questa speranza mi consola, che tu non dei costì passare il verno con piacere, nè volentieri adagiarti.

2 Cassio, il fratello di Q. Cassio tuo amico [1] (del qual mi domandi che si volesse dire con quelle sue lettere), sappi che egli le avea scritte più modeste dell'altre che scrisse poi, nelle quali dice, la guerra de' Parti per sua opera esser finita. Or bene è il vero che essi s'erano dilungati da Antiochia prima della venuta di Bibulo; ma non punto per alcun nostro bel fatto d'armi. Al presente e' sono a' quartieri d'inverno in Cirrestica, e fanno aspettare una guerra terribile: conciossiachè eziandio è nella nostra provincia [2] il figliuolo di Orode re de' Parti; e Deiotaro, al cui figliuolo fu giurata la figlia d'Artavasde, dal quale si può averne notizia, non ha alcun dubbio al mondo che all'entrar della state e' non sia per passare l'Eufrate. Ora il dì medesimo che la novella della vittoria scritta da Cassio fu letta in senato, che fu a' 7 d'ottobre, nel medesimo furono anche le mie che portavano romori; ed il nostro Axio [3] afferma che le mie trovarono tutta la fede; le altre tenute per ciance, e quelle di Bibulo non erano anche giunte; or io so di certo che non portavano che pur timori.

3 Ora tutto questo mi fa temere, non forse (mentre

propter metum rerum novarum nusquam dimittatur [9], Caesari nullus honos [10] a senatu habeatur; dum hic nodus expeditur, non putet senatus, nos ante, quam successum sit, oportere decedere, nec in tanto motu rerum tantis provinciis singulos legatos [11] praeesse. Hic, ne quid mihi prorogetur, quod ne intercessor quidem sustinere possit [12], horreo; atque eo magis, quod tu abes, qui consilio, gratia, studio multis rebus occurreres. Dices [13] me ipsum mihi solicitudinem struere. Cogor [14]; et velim ita sit. Sed omnia metuo. Etsi bellum ἀκροτελεύτιον habet illa tua epistola, quam dedisti nauseans Buthroto: « Tibi, ut video et « spero, nulla ad decedendum erit mora [15]. » Mallem, *ut video*: nihil opus fuit, *ut spero*. Acceperam autem [16] satis celeriter Iconii per publicanorum tabellarios a Lentuli triumpho datas. In his γλυκύπικρον illud confirmas [17], moram mihi nullam fore; deinde addis, si quid secus, te ad me forte venturum [18]. Angunt me dubitationes tuae: simul et vides, quas acceperim literas. Nam quas Hermoni centurioni Camulae ipse [19] scribis te dedisse, non accepi. Lenii pueris te dedisse, saepe ad me scripseras. Eas Laodiceae denique, quum eo venissem, III Id. Febr. Lenius mihi reddidit, datas a. d. X Kal. Octobres. Lenio tuas commendationes et statim verbis, et reliquo tempore re probabo.

che per paura delle novità si ritiene a vôto Pompeo, e verso di Cesare il Senato dimentica ogni riguardo), esso Senato, finchè si sgroppa questo nodo, giudichi non convenire che io lasci la provincia prima d'essermi mandato qua successore; e che a siffatte provincie, in sì pauroso momento di cose, sieno lasciati per singula a presedere i legati. Nel qual termine io mi sento i brividi, non forse a me sia data tal proroga, la quale nè eziandio ad opposizione non lasci luogo: tanto più che tu se' fuori, il quale col tuo zelo, consiglio e grazia potresti a molti imbrogli trovar stiva. Ma tu dirai, tu ti fabbrichi i mali tu stesso. Vero; non ne posso altro: e sia pure come tu di', ma ho paura di tutto. Assai bella clausola ha quella tua lettera che con lo stomaco sdegnato scrivestimi da Butroto: *A quello che io veggo, e come spero, il tuo partire non avrà alcun ritardo.* Oh! caro questo, *A quello che io veggo*! ma che ci bisognava quel *come spero?* Se non che io avea ricevuto ben presto in Iconio anche quelle lettere che tu consegnasti a' miei corrieri, colla data del trionfo di Lentulo 4; ed in queste eziandio tu mi raffermi quel dolce amaro: *Non ti sarà posto ritardo;* e poi: *caso che altro avvenisse, io verrò forse a te.* Questo tuo sì e no m'è una spina. Intanto tu sai ora lettere che ho ricevuto: perchè quella che tu scrivi d'aver data colle tue mani ad Ermone centurione di Camula, io non l'ho avuta. Or quelle de' 22 di settembre, che assai volte m'avevi scritto d'aver dato a' servi di Lenio, pur finalmente Lenio me le consegnò agli 11 di febbraio in Laodicea, dove io era venuto. Vede Lenio di presente per le mie parole, e vedrà per innanzi pe' fatti, quello che vagliano le tue raccomandazioni.

4 Hae literae cetera vetera habebant, unum hoc novum, de Cibyratis pantheris. Multum te amo, quod respondisti M. Octavio [20], te non putare. Sed posthac omnia, quae certa non erunt, pro certo negato. Nos enim et nostra sponte bene firmi, et mehercule auctoritate tua inflammati vicimus omnes (hoc tu ita reperies) quum abstinentia [21], tum iustitia, facilitate, clementia. Cave putes quicquam homines magis umquam esse miratos, quam nullum teruncium, me obtinente provinciam, sumtus [22] factum esse, nec in rem publicam, nec in quemquam meorum, praeterquam in L. Tullium legatum. Is, ceteroqui abstinens (sed Iulia lege, transitans, semel tantum [23] in diem, non, ut alii solebant, omnibus vicis [praeter eum semel nemo] accepit), facit, ut mihi excipiendus sit, quum teruncium nego sumtus factum. Praeter eum accepit nemo. Has a nostro Q. Titinio [24] sordes accepimus.

5 Ego, aestivis confectis, Quintum fratrem hibernis et Ciliciae praefeci. Q. Volusium, tui Tiberii [25] generum, certum hominem, sed mirifice etiam abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset; ne cives Romani pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent. Nam evocari ex insula Cyprios non licet. Ipse in Asiam profectus sum Tarso Nonis Ianuariis: non mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciae civita-

4 In queste lettere tutto era vecchio, fuor solamente le pantere Cibirate. Quanto ben facesti a rispondere a M. Ottavio[5], che tu credevi di no. Ma quinci innanzi a tutte le cose che non hai certe, rispondi pure per indubitato del no: conciossiachè io, sì per avere da me medesimo piantato bene il chiodo, e sì (a dir vero) rinfocato dalla tua autorità, entrai innanzi a tutti (e tu il troverai vero) sì nel disinteresse, sì in giustizia, in piacevolezza, in clemenza. Non ti lasciare aver dubbio, non essere stata mai al mondo maggior maraviglia di questa, che nel mio governo non fu speso pure un picciolo, nè per la Repubblica, nè per alcuno de' miei, da L. Tullio legato in fuori. Questi, che è in tutto uomo nettissimo, debb'essere eccettuato, quando dico della nessuna spesa: perchè si giovò della legge Giulia in passando; ma una volta sola per giorno, e non come gli altri che pigliarono da tutti i borghi[6]; fuor da lui, nessuno accettò nulla. Questa feccia è un regalo del nostro Q. Titinio[7].

5 Io, levato il campo, ho posto sopra i quartieri d'inverno e la Cilicia Quinto il fratello. Quinto Volusio, genero del tuo Tiberio, uom fidato, come anche a maraviglia disinteressato, mandai in Cipro per qualche giorno, acciocchè que' pochi cittadini che quivi son trafficando, non abbiano a dire, esser loro mancato chi facesse loro ragione: e così feci, perchè non si possono i Cipriotti cavar dell'isola. Io da Tarso passai nell'Asia a' 5 di gennaio; e non è (ti prometto) possibile esprimere con quanta maraviglia delle città di Cilicia, e soprattuto de' cittadini di Tarso. Passato

tum, maximeque Tarsensium. Postea vero Taurum transgressus sum, mirifica exsp Asiae nostrarum dioecesium, quae sex mi imperii mei nullas meas acceperat literas 26 quam hospitem viderat. Illud autem tempu annis ante me fuerat in hoc quaestu 27. Ci locupletes, ne in hiberna milites reciperen gnas pecunias dabant; Cyprii talenta Att qua ex insula (non ὑπερβολικῶς, sed veriss quor) nummus nullus, me obtinente, ero; Ob haec beneficia, quibus illi obstupescunt, honores mihi, nisi verborum, decerni sin tuas, fana, τέθριππα prohibeo; nec sum in alia molestus civitatibus; sed fortasse til haec praedicem de me. Perfer, si me am enim me haec facere voluisti.

6 Iter igitur ita per Asiam feci, ut etiam qua nihil miserius est, quae tum erat in h Asia (messis enim nulla fuerat), mihi optan rit. Quacumque iter feci, nulla vi, nullo i nulla contumelia, auctoritate et cohortatio feci, ut et Graeci, et cives Romani, qui f tum compresserant, magnum numerum pollicerentur.

che ebbi poi il Tauro, trovai una maravigliosa espettazione ne' miei distretti dell'Asia, la quale in sei mesi di mio governo non avea da me avuto una lettera, nè veduto uno da alloggiare: laddove prima di me vi s'era fatto di questo tempo per ciascun anno bottega. Le città facoltose comperavano a grandi somme l'esenzion dagli alloggi; i Cipriotti vi spesero dugento talenti attici [8]. Dalla medesima isola nel mio reggimento (non lancio campanili, ma parlo con tutta verità) non sarà cavato un soldo. Per li quali benefizii, che gli fanno uscire di sè, io non mi lascio a lor decretare altri onori che di parole: statue, templi, carrette a quattro [9] disdico loro; nè d'altra cosa del mondo gli gravo [10], come forse graverò te, facendomi questo panegirico. Ma abbi pazienza se mi vuoi bene: di ciò io stommi alla tua obbedienza.

6 Sono adunque viaggiato per l'Asia per forma, che eziandio la fame (cosa di tutte miserabilissima!), che era allora in questa mia parte di Asia (non s'era mietuta una spiga), ne dovei ringraziare. Per dovunque passai, senza una violenza, nè giudizio, nè contumelia, con sola l'autorità e soli conforti, ottenni che i Greci e i cittadini romani, che aveano occultato il grano, ne promettessero alle genti una grossa partita.

7 A' 13 di febbraio (il dì della data di questa lettera) avea cominciato aprir la ragione in Laodicea pe' Cibirati e per gli Apamesi; e da' 15 di marzo quivi medesimo per que' di Sinnade e di Panfilia (allora vedrò di provveder a Femio il corno) e di Licaonia e di

caonium [30], Isauricum; ex Idibus Maiis in Ciliciam, ut ibi Iunius consumatur. Velim tranquille a Parthis. Quintilis, si erit ut volumus, in itinere est, per provinciam redeuntibus, consumendus. Venimus enim in provinciam, Laodiceam [31], Sulpicio et Marcello consulibus, pridie Kal. Sextiles. Inde nos oportet decedere a. d. IIII Kal. [32] Sext. Primum contendam a Quinto fratre, ut se praefici patiatur: quod et illo et me invitissimo fiet [33]. Sed aliter honeste fieri non potest, praesertim quum virum optimum, Pomtinium, ne nunc quidem retinere possim. Rapit enim hominem Postumius Romam, fortasse etiam Postumia [34].

8 Habes consilia nostra. Nunc cognosce de Bruto. Familiares habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiorum ex Cypro, M. Scaptium et P. Matinium; quos mihi maiorem in modum commendavit. Matinium non novi. Scaptius ad me in castra venit. Pollicitus sum curaturum me, Bruti causa, ut ei Salaminii pecuniam solverent. Egit gratias. Praefecturam petivit. Negavi me cuiquam negotianti [35] dare: quod idem tibi ostenderam. Cn. Pompeio petenti [36] probaram institutum meum: quid dicam? Torquato, de M. Lenio tuo [37], multis aliis. Si praefectus vellet esse syngraphae causa [38], me curaturum, ut exigeret. Gratias egit; discessit. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coërceret;

Isauria. Da' 15 di maggio passerò in Cilicia per logorarci il giugno. Vorrei che i Parti non mi dessero briga. Il luglio (procedendo le cose a verso) si spenderà nel ritorno per la provincia. Conciossiachè ci entrammo l'ultimo di luglio in Laodicea, consoli Sulpicio e Marcello, e dovrem rassegnarla due giorni prima. La prima cosa farò di tutto che Q. fratello si contenti di esser lasciato al governo mio; il che si farà col maggior dolore suo e mio. Ma altro non se ne può fare onestamente; massime che questa perla di Pontinio non lo posso nè eziandio al presente trattener qui: chè sel ruba a Roma Postumio, per non dir anche Postumia [11].

8 Tu sai ogni mia deliberazione. Odi ora di Bruto. Il tuo Bruto mi raccomandò senza fine due suoi amici, M. Scapzio e P. Matinio, che hanno avere da' Salaminii di Cipro. Matinio non conosco io; Scapzio venne a me al campo. Gli promisi di far ogni opera, per amor di Bruto, che da' Salaminii fosse pagato. Mi ringraziò. Mi dimandò d'esserci creato soprasciò; gli risposi che io non dava mai questo uffizio a nessun trafficante [12], secondo che a te medesimo avea mostrato; del qual mio proponimento avea reso buona ragione a Gneo Pompeo, che mel dimandò; ed è poco, che a Torquato lo negai pel tuo Lenio, ed a molti altri. Dissi che se volea essere sopracciò per amor del suo credito, si riposasse sopra di me. Con mille grazie si andò con Dio. Il nostro Appio avea messo in mano a cotesto Scapzio alcune bande di cavalli, da tener in

et eumdem habuerat praefectum. Vexabat Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iussi. Moleste tulit Scaptius. Quid multa? ut ei fidem meam praestarem [39], quum ad me Salaminii Tarsum venissent, et una Scaptius, imperavi, ut pecuniam solverent. Multa [40] de syngrapha, de Scaptii iniuriis. Negavi me audire. Hortatus sum; petivi etiam pro meis in civitatem beneficiis, ut negotium conficerent; denique dixi me coacturum. Homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se a me solvere [41]. Quod enim praetori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se a me quodam modo dare; atque etiam minus esse aliquanto in Scaptii nomine, quam in vectigali praetorio [42]. Collaudavi homines. Recte, inquit Scaptius; sed subducamus summam. Interim quum ego in edicto tralaticio, centesimas me observaturum, haberem, cum anatocismo anniversario [43]; ille ex syngrapha postulabat quaternas. Quid ais? inquam. Possumne contra meum edictum? At ille profert senatus consultum, Lentulo Philippoque consulibus, VT QVI CILICIAM OBTINERET, IVS EX ILLA SYNGRAPHA [44] DICERET. Cohorrui primo: etenim erat [45] interitus civitatis. Reperio duo senatus consulta iisdem consulibus de eadem syngrapha. Salaminii quum Romae versuram facere [46] vellent, non poterant; quod lex Gabinia vetabat [47]. Tum ii Bruti familiares, freti gratia Bruti, dare volebant quater-

dovere i Salaminii, e fattolne prefetto. Egli tribolava i Salaminii; di che io feci partir da Cipro i detti cavalli, della qual cosa Scapzio si tenne adontato. Per recartela a oro: per osservargli la mia promessa, essendo i Salaminii presentatisi a me in Tarso, e Scapzio con loro, io ordinai che dovesser pagarlo. Mille difficoltà sopra la carta e i soprusi di Scapzio. Io non diedi loro orecchi; gli esortai, li pregai, per lo ben fatto loro, che dovessero spegnere la partita; da ultimo, che se non colle buone, l'avrei loro fatto fare per forza. Eglino non pure non si cessarono, ma dissero che e' pagherebbon del mio: conciossiachè, non avendo io avuto da loro l'assegnamento ch' erano usati dare al pretore[13], quello sarebbe un cotal pagare del mio; ed anche il credito di Scapzio era qualcosa meno del detto assegnamento. Loda'mi di loro. Bene sta, disse Scapzio; ma paghino allo stringere delle ragioni. Ora avendo io nel mio editto di regola posto che si pagherebbe uno per cento [14], coll'anatocismo di anno in anno, colui sopra la carta dimandava il quattro. Che diacine? risposi io. Or posso io contraddire a me stesso? Egli allora cavò fuori un senatoconsulto, consoli Lentulo e Filippo, che ordinava al pretor di Cilicia DI TENER LA RAGIONE SOPRA LA DETTA CARTA. Alla prima mi sentii un brivido: da che e' sarebbe stato un mandar in fondo quella città. Mi si diedero alle mani due senatoconsulti, consoli i medesimi, intorno alla medesima carta. Volendo i Salaminii far voltura in Roma, non poteano per la legge Gabinia [15]. Allora quegli amici di Bruto

nis[48], si sibi senatus consulto caveretur. Fit gratia Bruti senatus consultum, VT NEVE SALAMINIIS, NEVE QVI EIS DEDISSET, FRAVDI ESSET. Pecuniam numerarunt[49]. At postea venit in mentem feneratoribus, nihil se iuvare illud senatus consultum, quod ex syngrapha ius dici lex Gabinia vetaret. Tum fit senatus consultum, NON VT ALIO EA SYNGRAPHA IVRE ESSET, QVAM CETERAE, SED VT EODEM[50]. Quum haec disseruissem, seducit me Scaptius; ait se nihil contradicere; sed eos putare, talenta cc se debere; ea se velle accipere; debere autem eos[51] paullo minus: rogat, ut eos ad cc perducam. Optime, inquam. Voco illos ad me, remoto Scaptio. Quid vos? quantum, inquam, debetis? Respondent, CVI. Refero ad Scaptium. Homo clamare[52]. Quid opus est? inquam: rationes conferatis. Assidunt, subducunt; ad nummum convenit. Illi se numerare velle; urgere, ut acciperet. Scaptius me rursus seducit; rogat, ut rem sic[53] relinquam. Dedi veniam homini impudenter petenti. Graecis querentibus, ut in fano deponerent[54], postulantibus, non concessi. Clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimis cum anatocismo contentus non esset; alii, nihil stultius. Mihi autem impudens magis, quam stultus videbatur. Nam aut, bono nomine, centesimis contentus erat[55]; aut, non bono, quaternas centesimas sperabat. Habes meam causam: quae si

a baldanza di lui erano pronti a dare il danaro, sì veramente che fossero guarentiti da un senatoconsulto. In grazia di Bruto si fa il senatoconsulto: CHIUNQUE DESSE A SALAMINII SARIA BEN DATO E RICEVUTO. Si snocciola il danaro. Ma appresso viene in mente a' prestatori che quel senatoconsulto non li guarentiva: da che la legge Gabinia vietava far la ragione secondo la carta. Si fa adunque un altro senatoconsulto, CHE LA CARTA NON ALTRO VALORE AVESSE, MA IL MEDESIMO CHE LE ALTRE. Ora, tornando a casa, avendo io queste cose allegate, Scapzio mi tira da parte; dice d'esser contento; ma che quelli credeansi debitori di dugento talenti, e che tanti ne riceverebbe; ma infatti e' gliene doveano qualcosa meno: mi prega che io li tiri a' dugento. Egregiamente! dico io. Fatto cessare Scapzio, li chiamo a me. E voi quanto? quanto, dico, gli dovete? Rispondono: centosei. Il ridico a Scapzio; egli ne leva le grida. Che monta il gridare? dico io: alle ragioni. Si seggono, e fanno il conto; s'accordano fino al danaio. Quelli: Siam qui a noverargli; e facean ressa che li ricevesse. Scapzio da capo mi trae di cesso, e mi prega che io lasci la cosa in istato. La dimanda era svergognata: pur gliel'assentii; e richiamandosene i Greci, e domandando di farne il deposito [16] nel tempio, non la passai loro. Tutti gli astanti gridaron: Qual bestia è costui, che non si contenta dell'uno per cento coll'usura d'usura? altri: Egli è il maggior pazzo del mondo. — Quanto a me, egli non pazzo, ma parevami uno svergognato. Conciossiachè o egli con onesto titolo si contentava dell'uno per cento, ovvero con non onesto sperava il quattro. Tu sai ora il mio procedere in ciò; se Bruto

Bruto non probatur, nescio, cur illum amemus; sed avunculo eius [56] certe probabitur, praesertim quum senatus consultum modo factum sit, puto [57], postquam tu es profectus, in creditorum causa, ut centesimae perpetuo fenore ducerentur [58]. Hoc quid intersit, si tuos digitos novi [59], certe habes subductum. In quo quidem, ὁδοῦ πάρεργον, Lucceius M. F. queritur apud me per literas, summum esse periculum, ne culpa senatus, his decretis, res ad tabulas novas [60] perveniat. Commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, quum dieculam duxerit [61]: numquam rei publicae plus. Sed ad rem redeo. Meditare adversus Brutum causam meam: si haec causa est, contra quam nihil honeste dici potest; praesertim quum integram rem et causam reliquerim.

9 Reliqua sunt domestica. De ἐνδομύχῳ [62], probo idem, quod tu, Postumiae F. [63], quoniam Pontidia nugatur. Sed vellem adesses. A Quinto fratre his mensibus nihil [64] exspectaris. Nam Tauri propter nives ante mensem Iunium transiri non potest. Thermum, ut rogas, creberrimis literis fulcio [65]. P. Valerium [66] negat habere quicquam Deiotarus rex, eumque ait a se sustentari. Quum scies, Romae intercalatum sit [67], necne; velim me scribas certum, quo die mysteria [68] futura sint. Literas tuas minus paullo exspecto, quam si Romae esses; sed tamen exspecto.

non l'approva, non so perchè noi dobbiam tenercelo per amico: questo so io bene, che soddisfarà certo a suo zio [17], massimamente che testè, credo dopo la tua partita, fu fatto senatoconsulto per le cause de' creditori, che e' dovesse continuare nell'usure l'uno per cento. Or qual differenza passi nel fatto che dissi, se io conosco bene le tue dita, tu hai già la ragion bella e fatta. Anzi dirò, fuor di proposito: Lucceio di Marco fa per lettere meco richiami del troppo pericolo in che siamo, non forse, colpa del Senato, con questi decreti l'affare torni all'opera de' nuovi registri; e mi ricorda i danni che cagionò C. Giulio, colla sua proroga ai pagamenti. La Repubblica [18] non ne ebbe mai un maggiore. Ma torno a proposito. Pensa bene come difendermi contro a Bruto: se già difesa è cotesta, contro della quale non può essere accusa onesta; massimamente che io lasciai la cosa e la questione in essere.

9 Or vengo alle cose di casa. Quanto all'affare del figliuol di Postumia, io sono con te: da che Pontidia fa a bagattellare; ma avrei amato che tu ci fossi stato tu. Da Quinto il fratello non aspettare di questi mesi cosa del mondo: da che il Tauro, per cagion delle nevi, non è valicabile prima del giugno. A Termo do io di spalla con ispesseggiate lettere, secondo che tu mi pregasti. Il re Deiotaro afferma P. Valerio essere nudonato, e lui mantenerlo. Come tu sappia se in Roma fu fatta la proroga de' giorni, o no, scrivimi il dì appunto che saranno i misteri [19]. Tue lettere aspetto io un po' meno, che se tu fossi in Roma; tuttavia ne aspetto.

ANNOTATIONES

IN EPISTOLAS

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

CLXXXII.

1 Eius Appii Clodii filio, qui cum P. Servilio Isaurico consul fuerat anno urbis DCLXXIV. Obiit post pugnam Pharsalicam, ut auctor est Val. Max. I, 6. *Manut.* Sed vide ibid. 8, 10.

2 Sic ex vetustis codd. dedit Victorius. Vulgo olim *quod vidi.* Rec. *ut vidi;* Zel. A, ed. Med. *quod vidi et.*; edd. Iens. Min. *verum etiam* (vel *et*) *vir aequus*, *et* (*quod vidi*); Zel. B *verum est vir equus quo diu et.* Est autem, inquit Graevius, *quod iuvet*, *curiosus*, in rebus utilibus et dignis homine prudente curiosus. *Quod iuvet*, inquit, ne curiositas vitio verteretur.

3 Zel. A, Rec. et edd. pr. cum Lamb. *Id enim mihi et ad b.*; Zel. B *id et mihi ad b.* Infra ed. Med. *ad reliquas res prudentius;* Zel. A *ad res aliquas providentius.*

4 *Enim* hic transitum facit, ut et alibi, pro *ergo;* unde et cum *igitur* permutatum notavimus in orationibus. Gebhardus tamen e ms. duobus Palat. praefert, *Sic est: tibi p.*, quod et recepit Graevius. Sed id tamen non bene convenit antecedenti et seq., ut opinor. *Ernest.*

5 Ed. Med. *et multorum serm.*, tum *omnia* deest in Zel. A.

6 Ob inimicitias P. Clodii, Appii fratris, qui anno proximo perierat, a Milone, Ciceronis amicissimo, interfectus. *Manut.* Zel. A brevius, quam vulgo, non tamen

melius, *intermissa nostra consuetudine sarciam.* Mss. duo a Gebhardo inspecti, et edd. Io. Spir. 1469 et Iens. *celebritate et magnitudine*, quod Graevius recepit, ab Ernestio notatus. Lambinus *et* ante *crebritate* omisit.

7 Haud imperite, cum benivolentibus Diis; atque adeo non infeliciter. Simul alludit ad vulgare proverbium, quo et utitur Off. I, 31 et ep. DCCCXII, 1, et quod ipse Minervae ut patronae ac peculiaris Deae consilio Catilinariam coniurationem exstinxisse videri volebat, dedicaratque in Capitolio signum: ΑΘΗΝΑ ΡΩΜΗΣ ΦΥΛΑΚΙ. Vide Plut. in Cic. vita. Vnde et inimici obiiciebant, quasi gloriaretur Minervam omnes eum artes docuisse, ut apparet ex Declam. sub nomine Sallustii. Sed latet ἀλληγορικόν τι. Nam si priora inspicias, *non invita Minerva,* est approbante ipsa re publ., quasi adderet, quod prius non poteram, quum tu hostem rei publ. et bonorum, fratrem tuum, foveres. Ille autem tum, quum haec scribebantur, iam perierat; quippe A. V. C. DCCI Pompeio III sine collega a Milone occisus. Sed hoc ne nimium pateret, offenderetque Appium subiungit, quae sequuntur; ad quae si referas τὸ *non invita Minerva,* explicari potest: non sine literis nostris; et tacite promittit, se eum honoraturum dedicatione alicuius scripti, perinde ut Appius ad Cic. de Auguratu scripserat. *Io. Fr. Gronovius.*

8 Ambiguum reliquit, monumentis intelligi velit, an literis vel scriptis. Erat monumentum Claudiorum in foro, in quo essent statuae Dearum, et, ut videtur, inter illas, Minervae, quae *Appiades* dicebantur. Ovid. III de Arte v. 452, *Appiadesque Deae*, et I, 82; de Remed. 660. Convenit etiam intelligere literis. Quasi enim sibi domi non esset Minerva, sed contra curta scribendi supellex dicit, se ab Appio Minervam mutuam sumturum, h. e., ex il-

lius scriptis animum et facultatem scribendi (ut poëtae ex Homero, quasi quodam Helicone) accepturum, et deinde Deam, quae subministraverit ingenium sibi non Pallada, sed Appiada vocaturum, quippe quam Appio deberet. *Idem.*

9 Sermone suo comitatus est literas tuas, earumque humanitatem testatam fecit.

10 Lambinus omisit *mihi.*

11 Si forte non amplius respondeat, aut tibi non ICtus appareat; ep. CLXV. Ceterum utrobique Cellarius *iureconsultum* edidit, quum alii primo loco *iuriscons.* legerent. *G. Cortius.*

12 Ego volo ei cavere, ne, si non iurisconsultus esse appareat, hoc ei sit fraudi apud te et dedecori. *Graev.*

13 Abest *domesticis* a Rec.

CLXXXIII.

1 Abest *procos.* ab edd. Ro. et Mediol., et constantiae causa abesse deberet etiam vulgo, quum in seqq. epistolis CXCI, CXCIV, CCV, CCXIII. omittatur. Malim tamen ubicumque reponi, quoad *imperatoris* nomine (ep. CCXLIV) Cicero gaudeat.

2 Infra vocat *extraordinarium munus,* h. e. extra ordinem datum. *Cum imperio,* duabus legibus dato, lege Cornelia a Senatu, lege Curiata a populo. Vide epp. CXLVIII, 12 et CXLIX, 6. *In provinciam,* Ciliciam.

3 Ed. Med. *sim.,* et infra ed. Ro. *accipere possem.* Tum Zel. B et ed. Med. *quam maxime mihi.* A tribus Ambb. abest *mihi.*

4 Negotiis solutam; infra dicit *expeditissimam.* In seq. sententia abest a Zel. A *quoque.*

5 Lamb. *peto et quaeso.* Mox ed. Ro. et Amb. 15 *potes a.*

plurimis; bene. Tum infra, nescio quare, editur vulgo *prospicias*, *consulas*, quum et libri scripti et edd. fere omnes habeant *et* interpositum, quod aptissimum hoc loco est.

6 Lamb. *mihi ex senatusconsulto*. Tum libri fere *quod equidem facere*, *quoad equidem f.*, *quod quidem f.*, *quod aeque facere*, et Grut. *qua eius f.* Sed vulgatum rectum; aliis locis Cicero utitur, et videtur dictum pro quoad aliquid eius rei facere poteris, ita, ut genitivus *eius* pendeat ab omisso *aliquid*. Hoc modo locutus est ep. CDVII, 3: *Velim ne intermittas*, *quoad eius facere poteris*, *scribere*; sic et in aliis epistolis, et de Inv. II, 6, et ad Heren. I, 2. Quod sequitur *poteris* emendavit Ernestius ex analogia aliorum locorum, et Gu. 2. Adde, si vis, Zel. A, duos Ambb., Rec. et edd. pr. Vulgo olim *facere potueris*.

7 Edd. pr., excepta Med., *per se ipsa*; fortasse rectius.

8 Rec., Zel. A et edd. pr., Mediolanensi excepta, *a te provisum*; Ambb. 2, 3, 13, 15, Zel. B, ed. Med. et Lamb. *provisum a te*.

CLXXXIV.

1 Quum a tuo complexu in Tusculano divulsus sum, in provinciam Ciliciam proficiscens. *Manut. In discessu*, scil. meo.

2 Idest *de meo animo*. *Testis* cum dativo rarius, aiunt interpp., sed tamen non sine exemplo. Ep. CXIII, 2 *de consularibus nemini possum — esse testis*.

3 Hoc est, ne provincia nobis ultra annum prorogetur; quod aliis aliquando (ep. XXIX, 1) factum vidimus. *Desiderium*, nimirum urbis et suorum, ut explicavimus in epistolis ad Trebatium. Huius dicendi formae *ne plus sit annuum*, aliud in praesens exemplum non suppetit.

Vidi in aliquo exemplari correctum: *ne plus sit, quam annuum.*

4 Hanc alii quaerent historiam; nisi forte T. Annium Milonem significet per notam. *Corrad.*

5 Hoc est, vel, sunt exempla talium satisdationum, vel, et potes satisdare pro me aliquot modis, vel Memmianis, vel Atilianis praediis; quod verius puto. Vid. Ind. in *satisdatio.* Ernest. *Satisdationem,* satisdationes hoc in loco vult Graevius ex Cuiacio (Observ. XI, 14), nihil aliud esse, nisi simplices repromissiones, quas venditores faciebant in mancipationibus, se nimirum dominos esse rerum, quas mancipabant, nullis datis fideiussoribus. Exolevit enim, inquit, haec fideiussio, atque, introducta in locum ipsius nova repromissione, vetus formula mansit quidem, sed mutata veteri significatione, et *satisdatio secundum mancipium* nihil aliud nunc significat, quam repromissionem pro re mancipi.

6 Sic Ernestius et Schütz, nisi quod verba *in his* omiserunt. Vulgo *in his et;* edd. vett. *vel his tu;* Lamb. *si velis tu.* Si praedia haec Ciceronis fuere, emta ab eo in auctione bonorum Memmii et Atilii Serrani, quum fuissent condemnati, sensus est: et has ad satisdationes uti potes vel M. vel A. praediis; sin minus, sensus est: ut in illis praediis factum est. Sic locum explicat Ernestius.

7 Recte sic Victorius ex libris; quod etiam ex epistola CLXXXVII, 2 cognoscitur. Ed. Ro. *quod CCC.* Tum *aperuisti,* idest, te soluturum Oppio promisisti. In cit. epist. dicit *exposuisti.* Ald. *approvisisti;* sed fortasse scribere voluit, ut Germani legunt, *adpromisisti.* Mox *quae,* neutro genere dictum accipio: nam a quo pendeat, non habet.

8 Quod uncis cum Ernestio inclusi, Schützius delevit. Satis est si dicas *versura* solvere, quin opus sit addere

facta. Sensus est: Malo solvere Oppio, quod debeo, etiam faciendo versuram, hoc est, pecuniam mutuam sumendo, quam exspectare usque eo, ut omnia nostra nomina, hoc est, omnem pecuniam, cuius creditor sum, exprimam. Videtur autem de debito Caesaris per Oppium solvendo loqui, ut est in ep. CLXXXIX.

9 Pagina versibus recto ordine, hoc est, a sinistra dextrorsum, scriptis completa; quod dicendum superest, id versibus in margine perpendiculariter protensis scribimus: *transversi* versiculi illi dicuntur. *Transversus* idem est ac *traversus* (italice *traverso*), ut *translatus* et *tralatus*: hoc tantum discrimine, quod hoc bifariam reperitur, illud primo tantum modo.

10 Pomponia, Quinto fratri nupta. Ernestius addendum putabat *tua*; quod infra statim occurrit.

11 Edd. Iens. Aldi et Ern. *in Arpinum*, quod grammatice vitiosum est. Non enim *in Arpinum* dicitur, quum sit Arpinum urbis nomen, et in Arpinatem fundum, non Arpinum venisse evincunt sequentia: *postridie ex Arpinati.* Ernestius tamen contra hanc lectionem pluribus a Malaspina defensam edidit *in Arpinum*, quod τῷ *in Arpinas* subaudiri non possit neque *fundus* neque *ager.* At potest *praedium.*

12 Forma elegans et Ciceroniana. Elegantius tamen *ex* abesset. *Ratione sumta offensio* est, quae ab idonea et iusta caussa orta est. *Ernest.*

13 Stil. *fuimus.* Vict. Iamb. *ille hic dies*; cui supple cum Corrado *transiit.*

14 Non dies in vesperum iam vergens (nam et Marcum fratrem eadem causa in Arcano retinuisset); sed dies festus Arcani pagi, quem sibi Quintus in suo fundo celebrandum putavit. *Manut.*

15 Non Terentiam et Tulliam, sed illas, quae Arcas Pom-

poniam salutatum venerant. Itaque et *viros* potius, quam *pueros* esse legendum infra opinatur Malaspina. At Manutius *mulieres* Terentiam et Tulliam, *pueros* Quintum et Marcum filios interpretatur; minus recte. Libri multi *ego vero ascivero pueros;* ed. Iens. *ego vero acciam pueros;* ex quibus Lambinus, puto, edidit *ego viros arcivero,* ingenium suum potius, quam libros veteres, Ernestius *ego acciam pueros* ed. Iensonianam secutus.

16 Ambb. 16, 17, Land. et edd. Iens., Aldi, Lamb. *ego ipsa sum.*

17 Quinti Ciceronis libertus, qui apud eum gratiosissimus omnia domi pro libito administrabat (ep. LII, 1). Itaque molestus erat Pomponiae, quae ideo supra dixit, se hospitam domi suae esse.

18 Hoc est, curaret, pararet, provideret; cf. loca epp. DCCLV *mea negotia videbis;* in Lucul. 30 *Tribunum aliquem, censeo, videant;* de Orat. III, procem: *videndum sibi aliud esse consilium;* ep. LXIV, 1: *aliquid aliud videbimus;* et Tusc. III, 19, extr. *aliquid videamus et cibi.* Edd. Iens. et Aldi *praeberet.*

19 Supple, *veni.*

20 Amb. 16 *vel ipse.*

21 Dicit, non Quinti fratris solum, sed etiam Attici esse partes monendi Pomponiam.

22 In Epirum. *Manut.*

23 Ciceronis legatum; ep. CXCI, 3; CCXXXVIII, 1 a med., CCLXXIII, 4.

24 Huc usque honoris causa prosecutum. *Malasp.*

25 Lamb. *aliquid de se, in sermone.*

CLXXXV.

1 Edd. Iens. Aldi *ea die.*

2 Agro; ex Trebula Campaniae oppido trans Vulturnum amnem, ut colligi potest ex Livii libro XXIII, 39. De urbe Campaniae, non de Trebula Sabinorum, locum capiunt etiam Malaspina et Ernestius ex ipso Cicerone, qui dicit, se cogitare eodem die, quo ista scriberet, tantum ex Pompeiano ad Trebulanum Pontii, reliquis diebus iusta itinera facturum. Epistola sequens est e Trebulano; quomodo autem tam exiguo tempore potuisset Trebulam ex Pompeiano venire, si de Trebula in Sabinis explanas? Ceterum hoc modo Cicero retro iter faceret.

3 Nec nimis longa, nec nimis brevia, neque excedentia modum, neque deficientia; sed quantum recta, quo tendimus, cursu ordinario procedi quotidie potest. Eodem modo dicitur ep. CCXXVI, 2 *victoria iusta*; et eodem sensu Pulci Morg. C. XVIII, st. 9.

Uomini neri, e di statura giusti,
E portan per ispade mazzafrusti.

4 Ed. Ro. *prope*; Iens. Ald. Vict. *probe*.

5 Vel γενικῶς de provinciarum rectoribus dixisse, vel quia simul cum provincia Cilicia habuerit Cyprum et tres dioeceses, explicat Manutius. Rectius tamen puto esse in antiquo Vrsini *provinciam*.

6 Ed. Aldi *praeterea*.

7 Est C. Sempronius Rufus (ep. CCXXIII, init.), quem hic diminutive *Rufionem* appellat. Quid negotii cum Vestorio (ep. CIX, 3) habuerit, divinare non licet. Itaque locum hunc quisque pro libito interpretetur.

8 Quum Rufioni nescio quid controversiae fuisset cum Vestorio, inquit Manutius, arbitrum statuerant Ciceronem, ut cognosceret. Deinde quum Sempronius se a Vestorio videret observari (observabat autem Vestorius, ut si Ciceronem Sempronius adiisset, statim et ipse accurreret, transigendaeque controversiae arbitrum moneret: quod Rufio nolebat, utpote qui se non bonam habere causam intelligeret), hominem strategemate fefellit: nam ad Ciceronem non accessit. Cf. verba *Rufio Vestorianus* ep. DCXCIV, 2.

9 Baulis, ubi villam habuisse constat ex Varrone R. R. III, 17; qui locus *longe* dicitur abesse, prae Puteolis, qui propius aberant, ubi Rufio erat.

10 Nimirum, vir tantus. *Graev.*

11 Aldus *multitudine.*

12 Sic Lambinus et Schütz ediderunt; quod etiam Ernestius probabat. Vulgo *postea iam.*

13 Ambr. 17 *expensa sua nulla;* aliorum libri *expense e sua villa,* quem locum alii aliter emendare conati sunt. Victor. *quum me spectans e sua villa*; Corrad. *quum me impense e sua villa;* Lambinus ex uno cod. *quum me exiens e sua villa,* quam lectionem Olivetus expressit; Bosius *quum me ex Pansae sui villa*; Turnebus *quum me expes sua villa*; Schütz *quum me ex Pansae villa.* Quum nulla ex his correctionibus satisfaceret, vulgatam lectionem retinui. *Numquid vellem, rogasset,* sic aliquo profecturi amicos alloquebantur.

14 Gratum sibi fecisse Rufionem Cicero dicit, quod de controversia audiri noluerit, et se audiendi molestia liberaverit. Lamb. *laudari.*

15 Provinciae administrandae; ep. sup. 1.

16 Qui vel ditescendi, vel diutius imperandi, vel alia quacumque de causa provincias sibi prorogari desiderant.

17 Scil. qui verum nosti; nempe, me a provincia alienum esse.

18 Cod. Landi *adhibebis scilicet, quum agi d.*

19 Edd. vett. *operere*; Vrsini lib. *odorere.*

20 Senatus *auctoritas perscripta* est senatusconsultum, cui intercessum est (ep. XCIII, 3; et CCXXIII, 3), qua ratione vis ipsius infrangitur; sed tamen scribitur, ut exstet memoria eius. Ergo, inquit Manutius, quum senatus decrevisset, M. Marcello cos. referente, ut Caesari Gallias obtinenti ante tempus succederetur, itemque ne absentis ratio comitiis consularibus haberetur, intercesserunt tribuni pleb.: itaque senatusconsultum non est factum; sed auctoritas perscripta. Hac de re legendus Dio lib. XLI.

21 Ex epistola Caelii ad Ciceronem CXCII, 2 sane facile cognoscitur, nuntium hoc Ciceroni de Transpadanis allatum, rumoremque de auctoritate perscripta, falsum fuisse. Caelius enim e complexu Ciceronis Romam reversus (hoc enim iudicium facio ex eius literis) scribit, se de Transpadanis ne *tenuissimam quidem auditionem accepisse*: Marcellum praeterea nihil adhuc de successione Galliarum retulisse; sed eam relationem in Kal. Iunias distulisse: ut intelligere possimus, nihil cum his illa Caeliana pugnare. Cur autem quatuor viros creare Transpadani a Caesare iussi sint, quidque illud referret; totusque hic locus accurate copioseque a Carolo Sigonio in lib. III de antiquo Iure Italiae explicatur. *Malaspina.* Transpadani intelligendi cum Schützio, qui ius latinum haberent, velut coloniae, quae ibi essent. Eos Caesar hoc anno volebat accipere ius municipiorum, ut Romam venire omnes, et suffragia ferre possent. Inde Cicero ait, rumores esse de Transpadanis, eos iussos a Caesare quatuorviros creare, qui scilicet municipiorum mag-

stratus erant. Vide epp. CXCII, 2, CCXCVIII, 4, et CCCX, 1.

22 Cum quo Tarenti sermonem habuit de re publ.; ep. CLXXXVIII. *Manut.*

CLXXXVI.

1 Mss., quos vidi, et edd. vett. *a. d. V.*; sed repugnat epistolae superiori.

2 Sic Lambinus ex mss. suis. Cic. scripserat initio ep. sup. *Quum has dabam literas ex Pompeiano proficiscebar;* alii *ex Pansae Pompeiano*, vel *expense Pompeiano.* Edd. vett. et Victorii *ex Pompeiano.*

3 Propter ea, quae iam Caesar miscebat; cf. ep. sup. 3 et seqq.

4 Sic Vrsinus corrigendum censuit, probante Ernestio. Vulgo *semel.* Schütz. Id habet etiam ed. Ro.

5 Proconsules, quum provinciae administrationem inibant, edictum solebant proponere sociis de modo iuris dicundi in provincia, et de futura administratione. Hic putant revera intelligi edictum provinciale, quod Licinius Crassus Dives proscripsit, quodque Cicero habere voluerit, ut eo uti in suo componendo posset. Lamb. *Sicinii;* vide ep. seq. 2.

6 Sic emendavit Victorius; at codex Ambr. cum Balliolensi: *Lentuli ponam te in gratiam*; ed. Ro. *Lentulo ponam* etc.; ed. Iens. *Lentulum ponam tecum* etc. Vulgatum rectum; cf. ep. CXCVIII, 5.

7 Correxit Ernestius, quod ita legatur init. ep. CLXXXVIII. Vulgo *quid scribam.*

8 Intellige *esse.* Graevio et Ernestio auctoribus edere maluit Schützius *Beneventum*, cui subauditur *venire*, vel *iter facere*, forma certe usitatiore, ut ep. XXXIX, not. 7;

sed et *esse* videtur subaudiendum τῷ *Lanuvii* in ep. DCLXXI.

9 Hoc est, ita frugales erimus, et ab iis petendis, quae viatico necessaria sunt, temperabimus, ita diligentes in administratione provinciae et iure dicendo erimus, ut nihil hospites, quos accedemus, nihil socii, quos administrabimus, conquerentur; ep. CXCVI, 2, CXCVIII, 4. Ceterum libri locum paullo vitiosiorem exhibent: *Beneventi cogitabam hoc de nostra continentia et diligentia esse satis. Faciemus satis a Pontio.*

CLXXXVII.

1 Sic cum Ernestio et Schützio, Ienson, Aldus et Lamb. Lenius editio Ro. *eo ipso die.* Vulgo *ipse eo die.*

2 Ernestius coniecit *binas quidem alias.*

3 Debitor Ciceronis; ep. CCCLXXXI. *Schütz.*

4 De Tullia filia collocanda, quam Crassipes, secundus vir (ep. CIII, 1), repudiavit.

5 Multae hic sunt correctiones; Schützii haec: *Ac mi illud quidem lubet, non quo,* hoc sensu: ac mihi illud quidem lubet, de filia Dolabellae collocanda, non quod mihi hic gener omnino placeat; atque huic emendationi proximus est cod. Ambr. 16: *Ac me illud quidem labat —;* Hervagii *ac me illud quidem modo coquit*; Lambini cum Aldo *ac ne illud quidem labat.* Edd. Rom. Victorii, Graevii neutrum neque *labat*, neque *labar* habent. Vulgata vox *ille* moveri non debet; respondet enim sequenti *eo*, et *generum* designare videtur.

6 Servii Sulpicii filio, altero Tulliae proco.

7 Tullia. Hic etiam sunt varietates non tot, quin plures. Quas si quis oscitare velit, et nihil discere, legat apud Graevium. *Oliv.* Agitur procul dubio de viro, qui Tulliae non placebat.

8 Bosius ex mss. *et ut vis δ. e.*, quod adhuc Ernestius sollicitabat corrigens *et, ut ais*, δυσδιάγνωστον *est*. Id Schütz recepit. Lamb. (*et t. δ. esset*) *ad* πρόσνευσιν.

9 Vulgo sine sensu: *Et me absente res. Habebis mei rationem.* Schütz. Editio Ro. et Aldi *et me absente rei habebis meae rationem*; quod Lambinus expressit, *et* tantum in *nec* mutato.

10 Sic edidit Ernestius pro vulg. *Servilio*, ex ep. CCLII, 7. Idem viderat Tunstallus. *Schütz.* Lambinus *agente Servio* etc., omisso *Servilia*. De Servio vide supra, nota 6.

11 Sic bene Lambinus propter sequens *tamen*; vulgo *si iam*.

12 Hoc anno consule.

13 Ages tamen de supplemento. Nam certe, ut de ceteris senatus non probet, mihi tamen et Bibulo, qui proconsul in Syriam ibit, attribui oportebit. *Attribui* autem explano, *pecuniam*, quum sequatur *compendium populi.* Manut. Pecuniam vero intellige ad bellum contra Parthos.

14 Hoc est, quaestum pop. Rom.

15 Quod ei in sermone significasti, me ad te de eo scripsisse; vid. ep. CLXXXIV, 4. *Manut.*

16 Subaudi *de me loquutus est.* Manut. Chaerippus in Asia cum Quinto Cicerone fuerat; vid. ep. XXIX, 4 extr. Cod. Ambr. *Chaerippo.*

17 Cum indignatione: Etiamne, inquit, quid Chaerippus libertus de me cogitet, aut dicat, mihi curandum est? *Manut.*

18 Legendum: *ne quis ad senatum: consule, aut numera*, scilicet, *dicat.* I. Fr. Gronov. Festus Pompeius: « Numera senatum, ait quivis senator consuli, quum impedimento vult esse, quominus faciat senatusconsultum; postulatque, ut aut res, quae adferuntur, « dividantur, aut simul consulantur, aut, si tot non

« sunt senatores, quo numero liceat perscribi senatu « consultum, expectentur ». *Graev.* Quare hoc videt Cicero dicere: ne quid accidat in senatu, propter qu causa mea, de pecuniis mihi attribuendis, impediatur. Edd. Iens. Aldi et Herv. *consulem, aut praetorem;* Lan *aut mihi consule, aut numera.*

19 Supple, rebus, quae ab aliis de me dicuntur, aut h minibus, parum curo. Sed hariolamur. Epistola enim inter corruptas corruptissima. Lamb. *Nam DC cepe*

20 Subaudi, loquutus de illo, quod Chaerippus de r dixit. *Manut.* Quod Chaerippus ea de re cum Scro sit locutus. *Mongalt.* Scrofa cognomen Cn. Tremel (Verr. Act. I, c. 10), quod tum adeptus est, qui quaestor in Macedonia hostibus pressus dixit, celerit se illos, ut scrofa porcos, disiecturum; id quod fe (Varro, R. R. II, c. 4). Aliam cognominis rationem na rat Macrobius, *Saturn. I,* 6 extr., quem vide.

21 Duo alii Ciceronis legati (ep. CCXXXVIII, 1, CCL, Videtur Atticus scripsisse: debere Ciceronem, si Poi tinium secum habebat, eo comite contentum esse, et m nus urgere Annium et Tullium. Aliqui legunt *M. A neius,* invitis libris, veritate tamen manifesta.

22 Videtur, aut hic *Licinio*, aut proxima superiore ep stola, *Sicinii* legendum esse. *De Sicinio* autem dixit, p *a Sicinio;* ut de edicto illo intelligat. *Malasp.*

23 Sic Aldus, Vict. Herv. Vulgo *quod statuero.*

24 Vid. ep. CLXXXIV, 2. Infra, unus lib. Landi *DCC expedisti.*

25 Coniiciebat Malaspina *ut ne angar amplius;* quod Lan binus recepit. *Olivetus.* Et habet Hervagius.

26 Sic ed. Iens. primum, Victorius et Manutius; et sens est: sed ego cavebo tibi, ne tibi charta desit. Malaspin legit, et defendit *captio*, quod liber Landi et edd. R

et Lambini habent. Sed *cautio* melius videtur respondere seqq. *tu vero aufer ducentos.*

27 Supple, *sestertios* ad chartam emendam; vel melius, ut Gronovius explanat, *scapos* chartae, quos mihi paraveram. locose. Mox Clericus *parcimoniam huius p.*

28 Verba uncis inclusa corrupta sunt, et fortasse ex alio loco huc translata. Ernestio in mentem venit: *Dum acta et rumores tollit.* Schütz.

29 Antonianus et Faërni apud Malasp. *si quae.*

30 Vid. ep. CLXXXV, 3.

31 Ernestius et Schütz ex ep. CXCV med. ediderunt *diligenter;* quod *diligentes literas dare* latini non dicant. *Diligentes* refertur ad *literas*, ut *subtiliores* in ep. CCIV, extr. *reliquae* (epistolae) *subtiliores erunt.*

CLXXXVIII.

1 Mss. Ambb. et edd. vett. *Plane nil* (vel *nihil*) *est quod scribam.*

2 Locus constitutus a Graevio ex libris. Amb. 17 et ed. Lamb. *Novi enim nihil est: nec;* Iens. et Ald. *Narrem novi. Enim vero mihi nec* etc.

3 Libri aliquot *Venusiam;* in Amb. 17 *mane* abest. Distat Venusia Benevento haud plus, quam iter unius diei. Si ergo Cicero quarto tantum die Venusiam venit, dicendum, triduum eum Beneventi fuisse, atque a proposito suo discessisse iusta itinera faciendi. Sed et Athenis decem dies fuit; ep. CXCVIII, 4; CXCIX, 2.

4 Quae Caesari debemus (ep. CLXXXIV, 2 et seq.). *Manut. Explicatum* autem, subaudi *negotium.* Sunt autem sestertia octingenta supra viginti millia. Mongaltius vero tantum *DXXX.* legit.

5 Vt sim Caesaris amicus, numis hisce contemtis. *Corrad.*

CLXXXIX.

1 Non displicet lectio antiqua *quin etiam a me p.* Tum edd. Ro. Ald. *petierat.*

2 Ciliciae administrationem; ep. CLXXXIII.

3 Sic ms. Land. cum Ernestio et recentioribus. Olim *quid.*

4 Lamb. *te adesse.*

5 De pecunia Caesari debita; de qua ep. sup.

CXC.

1 Similiter Vlpianus titulo de tritico, l. 13: *Quotannis in annos singulos dato*; Labeo tit. de Annuis, l. 17: *Quotannis in annos singulos binos culleos haeres meus Accio dato:* quorum differentiam notavi lib. IIII de Differ. verbor. *Popma. Quotannis* et *quotidie* tempus continuatum significat; *in singulos annos*, et *in dies singulos* tempus interruptum per intervalla annorum et dierum. Haec idem Popma loco cit.

2 Edd. Iens. Aldi, Lamb. *magis ac magis.* Mox *profectum*, ex urbe Roma; vide duas ep. super.

3 Quot ante fuerant in provincia illa, nunc quoque, ait, se totidem praefectos mihi daturum, causamque in iis nullam vacationis, nisi iudiciariam delaturum. *Quinos* glossam sapit Ernestio et mihi. Ceterum hic locus valde est corruptus in codd. et edd. vett.

4 Non eosdem, qui superioribus annis praefuerant, sed novos. *Vacationem* vocat excusationem a muneribus militaribus, et aliis, quae praefecti adire consuerant; *causam iudiciariam*, munus iudicandi inter Graecos. Haec Bosius et Popma.

5 Vulgo *vacationes*, sed sensus est: vacationis, ait Pom-

peius, unam hanc causam concessurum, si in iudicium vocarentur. *Schütz.* Vide epp. CXCVIII, 5; et CCLII, 3, 4.

6 Recte illi ratiocinantur, meo iudicio, qui *XII* emendant: tum quod se triduo fuisse cum Pompeio ad hunc scribit, tum quod Brundisium venit XI Kal. Iun., ut ipsemet ad Appium scribit. *Malasp.* Triduum habes, si ipsum XV, quo Tarentum ad Pompeium venit, cum integro XIIII, et parte XIII, quo Brundisium proficiscebatur, enumeres.

7 A Caesare Galliarum proconsule.

8 Immo *imparatissimum*, quum opus fuit, dicit idem Cicero Pompeium, ep. CCCXVIII, CCCXXIV, ubi vide.

9 Iensonus *tum ubi sis.*

CXCI.

1 Sic Mart.-Laguna et Schützius, quorum hic stellulas etiam post verba *in mentem* apposuit tacite, ad lacunam indicandam. Vulgo *non modo mihi*; sed *modo* a libris omnibus abest.

2 Ob metum Parthici belli. *Manut.*

3 Ciliciam. Vid. ep. CLXXXIII.

4 Zelad. B *fore.*

5 Plutarchus cum Cicerone in Ciliciam ivisse narrat duodecim millia peditum, duo millia et sexcentos equites. Quamquam in equitum numero suspicor esse mendum. Non enim cum duabus legionibus tantus videtur equitatus esse potuisse: nisi si sexcenti Romani, reliqui omnes auxiliarii, extra ordinem, metu scilicet Parthici equitatus, qui post Crassi necem imminere Rom. provinciis videbatur. *Manut.*

6 Lamb. *Ser. Sulpicius.*

7 Sensus est: sed ita senatus ad unum in profectionem nostram consensit, ut nihil nobis reliquum fuerit, nisi ut pareremus. Atque ita fecimus.

8 Duo Zeladd., et edd. Ro. Iens. Lambiniana et Herv. *ut ea pro nostra constantissima*, nisi quod binae ultimae *ut* omiserunt.

9 Schützius tacite pro vocabulum *sed* omisit.

10 Abesse tamen tres cohortes comperit. *Manut.* Vide ep. CCXIII a med.

11 Sic de Franciscis, et post eum tacite Herv. Manut. et Lambinus. Vulgo *quam minime.*

12 Ciceronis, Ciliciae proconsulis, quaestores fuere: L. Mescinius (epp. CCLXXXVIII, CCCII, CCCLXXXIII, CDXCIV), Cn. Volusius (ep. CXCVIII, 4), C. Caelius, qui paucis diebus ante, quam Cicero decederet, in provinciam venit (ep. CCLXII et CCLXVIII, 1); legati, Q. Cicero eius frater, C. Pomtinius, M. Anneius, L. Tullius (ep. CCXXXVIII, 1); tribunus militum, Q. Fufidius (ep. CDLXXXII); praefectus evocatorum, Antonius (ep. CCXIII); praefectus fabrum, Q. Lepta (ep. CCXLIV, 3); scriba, M. Tullius (ep. CCCII, 2); accensus, Pausanias (ep. CCXLIV, 3); interpres, M. Marcilius (ep. CCLIII). *Manut.*

CXCII.

1 Adolescens voluptatibus deditus, postea gloriae cupiditate ductus tribunus pl. fuit A. V. C. DCCI, quo in magistratu fortiter se gessit (Brut. 79); aedilitatem curulem obtinuit A. DCCIII (ep. CCXXIV). In bello civili a partibus Caesarianis stetit (Caes. B. Civ. III, 20 seqq.).

2 Ediderunt Manutius 1541, 1543, Ernestius et Schütz *decedenti.* Et sane illud *decedens* epistolae CCXXV extr.

ad Ciceronem pertinet in provinciam decedentem. At quum ex illis Caelii verbis *Romam quum venissem* appareat, Caelium prosequutum Ciceronem aliquantum viae processisse, videtur aliquo modo cum Manutio ipso et Minellio defendi posse, quod habent omnes ad unum libri msti, *decedens*, et intelligi de Caelio decedente, sive discedente ab ipso Cicerone.

3 Nimis diligens, et modum excedens (ital. *affettata*). *Argutum* enim veteres interdum vocabant, ut ait Manutius, quod summam diligentiam argueret; id cognoscitur ex ep. CCLXIX, 1: *Velim*, inquit, *obvias mihi literas quam argutissimas de omnibus rebus mittas.* Sic *argutissima exta* Divin. II, 12; *oculi nimis arguti* De Leg. I, 9; *manus minus arguta* De Orat. III, 69; et *argutiae digitorum* Orat. 18. In seq. membro Zel. B *tametsi scio.*

4 Graevius e suo msto *tamen hoc d.*, quicum et Amb. 14 facit.

5 Ernestio suspectum fuit *officium*, maluitque *consilium*, vel simile aliquid. Fortasse tamen Caelius hoc sic intellexit: *ne in hoc officio meo illud arrogantiae condemnes, quod hunc laborem alteri delegavi.* Schütz.

6 Non propterea alteri delegavi laborem, *quod mihi non suavissimum sit* etc. Sic Crispus, Catil. 35. *Cortius.*

7 Sic cum Ernestio Amb. 2 et Zel. B et edd. vett. omnes; alii cum Graevio *sed id ipsum.*

8 Vnus Amb. 13 et ed. Med. *quae vis otii*; Zel. B *quae vis officii:* sunt etiam qui scribunt *quoius* otii, antiquo modo.

9 Non sunt hoc loco ludi scenici, ut vult Manutius, sed sermones de hoc vel illo: ut apud Sveton. Δωδεκάθεος *coena in fabulis fuit;* de ea in omnibus circulis loquebantur. Ovid. Art. am. lib. II, v. 561:

Fabula narratur toto notissima coelo.

Sic *fabulam vulgi fieri.* Graev.

10 Hoc est *specimen* (ital. *saggio*); referturque ad *volumen*, quod paullo supra dixit.

11 Vulgo *spes est*, quod vitiosum esse sensit Ernestius, quia praecedit *actum sit*. Weiskius vel spurium locum putat, vel legendum *quaecumque de eo spes est*.

12 Pro, quomodo nunc se res publ. habet.

13 Rumores erant, Caesarem Galliarum proconsulem iussisse Transpadanos, sibi ipsis eligi quatuorviros suos (ep. CLXXXV, 3), hoc est, proprios magistratus; quod non nisi habitis comitiis fiebat, exemplo a metropoli sumto. Adi Sigonium, De Iure Ital. III, 11. Hoc eo valebat, ut Caesar Transpadanorum gratiam sibi conciliaret. Mox *Cumarum tenus* est Cumas usque, quo te prosequens veneram, perlati sunt, non ulterius pervenerunt, ut explanat Corradus. Sed aut addendum, aut saltem intelligendum in principio *tantum*, propter sequentia: *Romam quum venissem*, ut vidit Ernestius.

14 Durior et horridior interdum Caelius est in explicanda sententia. Nam *accipere*, per se est audire, quin opus sit τὴν *auditionem* adiicere. Fortasse hoc illud est, cur in eo sordes verborum Tacitus in dialogo de corrupta eloquentia appellet, et subiungat *amarior Caelius;* et Quintil. (lib. I, 6) asperitatem ei tribuat in dicendo. Vidit Manutius. Editio Hervagii *ne tenuem q. a.*

15 Consul. Codd. plerique habent *Marcellus quidem, quod;* a Zel. B utrumque et *quod* et *quidem* abest. De Marcello vide quae dicuntur in ep. CCXXV, 2.

16 Vt Caesari ante legitimum diem succederetur. Erat enim hic octavus Caesaris annus in administratione Galliarum, imperio decem annorum ei concesso; quinquennio uno lege Vatinia, ipso Caesare cum Bibulo (A. V. C. DCXCIV) consulatum gerente; altero lege Trebonia (Svet. in Iul. 24, Plutarch. in Caes. p. 718, et

Pomp. p. 646, Appianus B. Civ. II, 17), Pompeio et Crasso coss. (A. V. C. DCXCVIII). *Manut.* Vocem uncis inclusam Ernestio auctore sustulit Schütz.

17 Hoc est, elicuit, et, ut ita dicam, extorsit ex ore eorum, qui eum (Marcellum) statim de Galliis relaturum putabant, quique nihil mali loquuti essent, si statim retulisset. Manutius *repressit.*

18 Eum Cicero offendit Tarenti; ep. CLXXXVIII, et duabus seqq.

19 Amb. tert. *aliud sentire, et aliud loqui*, quod est usitatius; sed et vulgatae formae exempla plura apud Cic. esse testatur Ernestius.

20 Id fecit Cicero ep. CXCIX, 1. *Corrad.*

21 Vulgatum olim *attinet* a Gebhardo eiectum reposui. Id Caelius numquam, ne semel quidem, omittit; vide in epp. CCII, 2; CCIII, 3; CCVI, 2; CCX, 1; CCXXIII, 3 init.; CCXXV, 3. Tum *susurratores* potius, quam *susurrationes* dedit idem Gebhardus.

22 Alius narrat Caesarem equitatum etc. Pro *equitem* in nostris vel *equidem*, vel *quidem* legitur; et tunc *perdidisse* respicit *legionem.*

23 Libri multi *opinor certe factum esse;* sed *opinor* cum *certe* nescio quam belle copuletur. Hinc Gronovius legere volebat: *opinor, et certe*, ut ep. CCLXIV, 4. Nisi Caelius significet, se existimare, rumores illos de Caesare veros esse, ut Lambinus vidit.

24 Sic cum Ernestio libri aliquot. Graevius aliique omittunt *tamen.*

25 Hoc est, inter ipsos quidem, sed palam, ut ab omnibus fere audiri possint. *Corrad.* Factum hoc per speciem repugnantiae, dicit Ernestius. Sunt tamen, qui distinguunt, *quos tu nosti palam, secreto narrantur.* Vulgo olim: *quos tu nosti plane, secreto narrantur.*

26 L. Domitius Ahenobardus, consularis, acerrimus Caesaris adversarius. *Manut. Domitius*, subaudi *narrat. Quum manus* etc. eorum more, qui dum aliquid narrant significant, id non esse in vulgus propagandum.

27 Homines otiosi in rostris versantes assidue, rumorum aucupes et nugivendi. Plauto *subbasilicani.* Graev.

28 Graevius: *et te in urbe — rumor fuit.*

29 Qui Miloni consulatum petenti, eiusque amicissimo Ciceroni aversatus erat. Post tribunatum de vi condemnatus Baulis exsulabat. Vide Pedianum in argum. orat. Milon., Dionem Cass. XL, 45 et 55, et Valerium Max. IV, 2, 7.

30 Villa Hortensii: ἐμετικὴν *facere* autem est curare vomitoriis, quae vox exstat etiam ep. DCLI. Solebant enim in illa Campaniae loca secedere valetudinis causa, inter quae et Bauli erant. Et huic convenit, quod sequitur: *ut ego misererer eius esuriei*, idest ieiunitatis. Vidit Olivetus. Aliqui *Embaeneticam*, ab ἐμβαίνω *navim conscendo;* alii *empaeneticam* a verbo πεινᾶν, quod valet *esurire;* alii *denique* ὀμπνητικὴν, ab ὀμπνεῖν *largis indulgere dapibus*, legunt; alii alia, quos omnes afferre nec vacat, nec iuvat. Ego correctionem Schützii adhibui.

31 Hoc est, ut liberaremur. Sic Virgil. (Aeneid. VI, 83):

> O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

et sic ipse Cic. ep. DCCCLIV init. *Defungi munere orationis*, quem vide. Optavi igitur, ut hoc mendacio, a periculis, si qua tibi impenderent, liberaremur; ut tua pericula uno hoc mendacio consisterent.

32 *Tuus* hic dixit cum ironia, quod Plancus Bursa Ciceronis esset inimicissimus (epist. CLXXXI, 2). *Manut.*

33 Libri sex *de Re publ.;* vide ep. CLIV, 1.

CXCIII.

1 Lamb. *e qua iam emerseram.*
2 Legati; vide epp. CLXXXIV, 4; et CXCI ext.
3 Hoc est, idoneam tempestatem ad navigandum.
4 Hoc scilicet, quod sequitur, de Milone.
5 *Per literas* delevit Schützius, quod, quum Massiliae in exsilio esset Milo, iam sua sponte intelligatur, eum per literas questum esse apud amicos. At queri poterat per aliquem familiarem.
6 Solebant Romani in negotiationibus et commerciis uti libertorum opera, ut apparet ex Plutarcho in Catone maiore, et aliis multis auctoribus. Ea de causa Cicero sibi socium in bonis Milonis adiunxerat Philotimum libertum (ep. CCXLIX, 1), quum ea ab hasta emeret. Emerat autem (a fisco, cui ex damnatione devoluta erant), ne ea emtori alieno addicerentur, hoc est, non amico et non familiari ipsius Milonis. Quo facto futurum erat, ut Milo multis mancipiis, quae secum abduxerat, spoliaretur. Nam ea emtor alienus sibi vindicasset, tanquam sibi mancipata cum ceteris illius bonis; quod nequaquam facturus erat Philotimus, qui in ea re nihil agebat nisi Ciceronis consilio. *Bosius.* Vide ep. CCIII, 2.
7 Ita Dec. Bosii. At Lambinus, Ern. *malus emptor alienus,* pro vulgato vitioso *m. emtor alienis.*
8 Milo in exsilium Massiliam abiens Faustae uxori caverat de dote; quae cautio ut rata esset, Cicero et Philotimus bona eius ab hasta emta occupaverant animo restituendi. Fausta haec est filia L. Sullae dictatoris, soror Fausti. *Popma.*
9 Vulgo *esse voluisset;* sed numquam dicitur *cautum velle*

esse alicui, sed *cautum velle alicui*, ut monuit Ernestius. *Esse* autem abest ab Amb. 16, illudque recte iam delevit Schützius.

10 Scilicet Miloni.

11 Ne sit posthac socius.

12 Nihil nobis tanti aestimabitur, quanti amor Milonis erga nos. *Fuerit* pro vulgato *fuerat* malebat Graevius, et est in edit. Ascens. 1531.

13 *Camillum* iuris praediatorii peritum, et Ciceroni Atticoque familiarem; *Lamiam* equitem Rom. negotia habentem in Asia; ep. DCCCVII.

CXCIV.

1 Zelad. A *tamen iis.*

2 Correxit *potero* Ernestius, quod et latinitas postulat, et habent edd. Ro. 1469, 1471, 1477, Ald. Vict. etc. item ms. Gu. Iis adde ms. Rec. Vulgo *potuero.*

3 Merito hoc promittit. Erat enim in potestate successoris, si vellet, decessorem graviter onerare ac laedere, acta eius rescindendo; quod et fecit Cicero, dum iustitiae studet, sed quam lenissime poterat. *I. F. Gronov.*

4 Appii Pulchri legatus, aut praefectus.

5 Zel. A, et edd. Ro. Iens. *multis iam argumentis.*

6 De augurum disciplina scripto, de qua fit mentio epp. CCXLIX, 3; et CCLXV, 2.

7 Edidit Martyni-Laguna *suavissime scriptum, amantissime misisti*, aptius, quam ut vulgo. Schütz recepit.

8 Depositas ab Appio et Cicerone inimicitias iam ante P. Clodii necem, atque adeo ante Appii consulatum indicant epp. CXLVIII, 2; CCLVII, 2; et CCLXI, 1-3.

9 Abest *etiam* ab ed. Med.

10 Ms. Rec., et Zel. B, item edd. Ro. Iens. *duos.* Mox

duarum aetatum, nimirum senescente iam Pompeio, Bruto iuvene; ut Manutius explicat. Vtrumque cum laude nominat ep. CCLXV, 1. Schütz edidit, ex coniectura, opinor, *diversarum aetatum*.

11 Quod Pompeius magnus pater erat Cnaei, qui Appii filiam duxerat.

12 Quum augur uterque esset; ep. CCLVII, 2. *Manut.*

13 Cui praesertim tutum, honorificum et luculentum testimonium dederis, libro de augurali disciplina mihi dicato. *I. F. Gronov.*

14 Zel. B *sed si.*

15 Mss. Rec. et Zel. B *est gratum.*

CXCV.

1 Si statim post datam sup. epistolam Brundisio profectus est, multos dies in mari fuit. Hinc illa infra *qui incommodissime navigassemus.*

2 Attici res agebant Areus et Eutychides (ep. CXLII, 1) liberti, Corcyrae et Sybotis. Eius igitur nomine ad Ciceronem munera detulerunt. *Manut.*

3 Ante Manutium vulgo *concesseram.*

4 Vt solent epulari Salii sacerdotes; *saliares cenae*, auctore Festo lib. XVII, et Alexandro Gen. dier. I, 26, magnae, copiosae et opiparae. Horat. lib. I, od. 37, v. 2:

Nunc saliaribus
Ornare pulvinar Deorum
Tempus erat dapibus.

5 Victorius *Leucaten. Flectere*, h. e. *circumnavigare*, quod Virgilius usurpavit de curru, quo *Liber* Bacchus *iuga flexit.* Aen. VI, 805.

6 Lictoribus, et aliis, quae ad pompam proconsularem pertinerent, et ad dignam speciem eius. *Ernest.*

7 Multis enim post consulatum annis in provinciam proficiscebatur: quod erat extraordinarium; quum alii statim post consulatum. *Manut.* Quare autem non nisi multis post annis? Quia, quum Cicero statim post consulatum provinciam suam deposuisset, visus est nunc senatui unus hic noster, puto, qui afflictas Ciliciae fortunas levaret.

8 Vide ep. CCXII et seqq.

9 Vide ad ep. CLXXXVIII.

10 Ep. CCIX, 5.

11 Intercalatione, h. e. dierum interpositione, annus longior fiebat.

12 Si tenere non potes, ne intercaletur, quod in anno comprehenditur, annum saltem, hoc est, ut tempus tamen sit annuum, teneto. *Corrad.*

13 Praeceptorem; ep. CCLII, 9. Ed. Ro. *Dionysium equidem semper.*

CXCVI.

1 Correxit Bosius ex Dec. Olim *a. d. XV.*

2 Idest, vel *sine Athenis*, vel etiam *sine his vestigiis tuis*, scilicet locis Athenarum, in quibus versari solitus esses. *Schütz.*

3 Sic cum Graevio posteriores omnes. At Iens. Aldus, Vict. Lamb. *de me ipso.*

4 Intellige nullus fuit. Lex Iulia, praeter alia, iubebat, transeuntibus magistratibus eorumque comitibus foenum, aliaque ab oppidis et vicis subministrari. Vide Indicem legum.

5 Idest acta, finita erunt.

6 Hoc est, quod non aliquam causam invenerim, ut me ab administratione provinciae eximerem.

7 Verum *vertum*, intelligo. Est enim senarius apud Aristophanem in Vespis 1422. Correxit Victorius ἴρδει τις. Olim γραφία.

8 Ante Graevium *nondum enim in negotio*. Mox *Nescio*, est nescio an verum dicis, etsi puto molestiora restare. Schütz tacite *scio; et puto* etc.

9 Vulgo: *fronte, ut puto et volo. Et volo* est a Bosio, qui in libris scriptis reperit. Restitui veterem et veram edd. lectionem *et vultu*. Frons et vultus sic saepe iunguntur apud Ciceronem, ut: *simulatio facillime sustinetur fronte atque vultu*; ep. CXLVIII, 4 ante fi. *Ernest.*

10 A comitibus meis, ineptis hominibus: ut de uxore difficili dicere solemus, neque loqui, neque tacere, quum oporteat. *Manut.* Mox Lambinus *non quod te celem*.

11 Quo nomine significantur res imis sensibus demersae et abditae, quae, ut palam fiant, vix inde educi et proferri possunt. *Bosius.* Sic Bosius correxit vitiosum ΔΥΣΕΞΙΛΛΗΤΑ. Δυσέκκλητα ex vestigiis veteris scripturae dabat Victorius; δυσευκοίμητα Corradus et Lambinus.

12 Quae est in ferendo et dissimulando.

13 Scilicet, de pecunia Caesari et Miloni debita, de quorum primo vide ep. CLXXXIX, de altero ep. CXCIII. Hoc praecipue intelligebat, quum supra dixit *ignarus rerum mearum*.

14 Aldus, Lamb. *hac non modo n.* tum Lamb. *nemo Roma*. Supple *venit*.

15 Ms. Land. et ed. Ro. *pergratum mihi*.

16 Lamb. *urbs duntaxat?* quam interrogationis notam Graevius delet, et *duntaxat* explanat saltem, minimum. Mox Schützius, suadente Ernestio, *urbis ornamenta*, et infra Lamb. *in nosque benivolentia*.

17 Lamb. *et philosophia ἄνω καὶ κάτω si quidem est in Aristo*. In multis libris latina interpretatio, *sursum deor-*

sum, graecorum verborum locum occupat. Omnes per hanc philosophiam Academicam Scholam significari putant, de qua idem Cic. ep. DCXVIII, 3: *O Academiam volatilem — modo huc, modo illuc.* Vide Indicem Graecitatis.

18 An Apollonidiensem, quem Cic. in ep. CCI, 2 Thermo commendat? Non puto. Confer epp. CCLXXXIV, 1 et CXCVIII, 5.

19 Abest *invicem* a ms. Land. Vett. edd. *eramus iuncti.*

20 Lambinus *scribas velim*, qui tamen in ep. LXXX, 3 *Terentiam sustentes* dedit sine *velim*. Vide epp. XIV, 4 et CIX, 3.

21 Lambinus et Schütz ediderunt *ubi quoque tempore*, quod vocabulum excidisse putabat Ernestius. Huius addendi necessitatem ego non video; sensus enim satis perspicuus est: aveo scire quid agas, atque etiam ubi sis locorum. Fieri enim poterat, ut sibi reddi literas in Epiro Atticus voluerit, quum tamen alibi esset.

CXCVII.

1 Ille, qui praetor a Caesare rationem gesti consulatus (Sveton. Caes. 23) petierat. De ambitu biennio ante damnatus accusante Q. Curtio (ep. CLI, 2, et CLVII, 2) exsulabat. Eum Cicero ad Ciliciae administrationem proficiscens quum Athenis non reperisset (nam pridie Mitylenas profectus erat, ep. seq. 5), petiit ab eo per literas, ut rediret in gratiam cum Patrone Epicureo, eique locum, ubi habitaverat Epicurus, concederet. Vide Manutium in argum. libri XIII epistolarum ad Fam.

2 Damnationem Memmii, iniuriam appellat, ut sibi eius benivolentiam conciliet; nam aliter sensisse Ciceronem vidimus ep. CLI, 2.

3 Vulgo *agam nunc. Ac*; sed *nunc* iam inest in *interea*, et hic praesertim in fine periodi friget. *Schütz*. Codd. *Agam nunc a te*, vel *agam. Nunc te*, quod recepi cum Manutio. Schütz *Agam. Ac te*.

4 Manut. *quod mea intelliges multum, tuâ n. i. partem interesse*; Lallem. e mss. *quod intelliges tua n. i. p., mea multum i.* Amb. 15 non agnoscit *multum*, quem tamen non sequor. *Multum in nullam partem* dictum est per multiplicationem pro *nihil*, ut *multis partibus plures* pro *multo plures* in ep. XCIII, 1.

5 Ante Victorium legebatur: *omnia mihi communia sunt*, qui vocem *communia* in nullis antiquis inventam delevit. Scimus autem hanc esse Ciceronis familiarem lectionem, ut omnia cum aliquo sibi esse dicat, quum inter eos omnia intercedant officia. Sic ad Att. ep. DCXCVII *Bruto — nullo loco deero, etiamsi mihi cum illo nihil fuisset*.

6 Omnibus constat Ciceronem Academiae sectae studuisse, proindeque contra Epicureos stetisse: cuius rei exemplum sit tibi ep. CDLV.

7 Epicureo, quem cum Attico frequenter audivi. *Corrad.*

8 Brut. c. 89: *Eodemque tempore quum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello* (A. V. C. DCLXI) *domo profugisset, Romamque venisset, totum me ei tradidi.* Manutius Epicureum facit. *I. F. Gronov.* Eleganter Cicero proponit Phaedrum sibi pro philosopho cultum esse ante, quam Philonem cognosceret; postea tamen ut virum bonum et suavem sibi probatum fuisse, etsi philosophiam eius spreverit. Nam Philoni adhaesit Academico, quem male Cellarius et Manutius pro Epicureo habent. Cic. Brut. c. 89. *Cortius.*

9 Iratum Patroni Memmium dicit etiam in ep. seq.

10 Minimam rem a se peti ostendit, quo facilius impetret, et simul, ut pudeat Memmium de parietinis illis laborare. Minus autem est: *nescio quid, illud parietinarum*, quam si dixisset *parietinas illas nescio quas*; ep. CCXXXVIII, 2: *Quaeres fortasse quid sit, quod ego hoc nescio quid gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem.* Manut.

11 Areopagitae, decreto facto, Memmio concesserant, ut aedes Epicuri veteres, quas Cicero, ut in contemtionem adduceret, *parietinas* vocavit, commodi sui causa exaedificare posset. *Idem.* Mox Ambb. sec. sept. et tertiusdec. *commendatione mea.*

12 Graecam. *Conrad.*

13 Tuenda enim testamentorum iura sunt. Hoc dicit, quia suos hortos Epicurus, in quibus habitare ac docere solitus erat, amico suo Metrodoro moriens testamento reliquerat, eo iure, ut post eius obitum ad alios Epicureae sectae principes possessio perveniret. Laërtius. *Manut.*

14 Obtestatus erat Phaedrus, quum viveret, ne hortos Epicuri negligerent, neve occupari a quoquam sinerent. *Idem.*

15 Derideamus necesse est.

16 Vide hominem Epicureorum contemtorem, qui cultum et observantiam erga Epicurum *ineptias* vocat. In hoc ipso peccat, quod illas Epicuri parietinas tanti facit, in iisque honorem, officium, testamentorum iura etc. se dicit defendere.

17 Ex hoc genere Epicureorum. De Epicuro idem Cic. (Fin. I, 7): *Vellem — doctrinis fuisset instructior* etc.

18 Sic Amb. 2, 7 et quartusdec., et sic tempus postulat. Vulgo *possem.*

19 Pronomen *quem* abest ab. ed. Iens. Dedi autem *Ario-*

pagitarum ex multis Ambb., Ret. et edd. vett.; vide ep. XXI, not. 16. Vulgo *Areopagitarum*.

CXCVIII.

1 Ed. Ro. *Mene totiens.*

2 Aldus *qui vix.*

3 Comenses iure latino lege lata donati fuerant a Caesare, ut et Transpadani a Cn. Pompeio Strabone (ep. CLXXXV, 2). Horro ius illud eo valebat, ut pro cive Romano ille agnosceretur, qui magistratum in patria sua gessisset. At Marcellus cos. in Caesaris contumeliam, nescio quodnam ob delictum, Comensem quemdam virgis cecidit (App. Bel. civ. II, 26). Sic hunc locum primi ex coniectura restituerunt Malaspina, Sigonius, Pantagathus et Bosius. Nam mss. et edd. vett. corrupte *Marcellus sedendi comes*; Lambinus *M. foedus in Comensi.* Infra, *gesserat* correxit Ernestius; olim *gesserit.*

4 H. e. erat tamen civis Latinus, quia Transpadanus.

5 Sic volebat Malaspina, et sic edidit Lambinus. Vulgo *nostro ac Caesari*, in quo *ac* pariter est e correctione. Libri enim vett. *nostro Caesari.* Sed et excidisse *Cn.* ante *nostro* videtur; in ep. CCLXXXIV, 2: *Ab ipso autem? etiam a Cn. nostro.*

6 Vtpote qui illius provinciae proconsul erat; ep. CCXXII extr. Mox *certe*, explicat Ernestius, si non in aliam provinciam, tamen in Hispaniam.

7 Quia Caesar per fautores iam turbas movebat, necessaria his temporibus Romae praesentia Pompeii videbatur. Ep. CCXIV, 1: *Vereor, ne senatus, propter urbanarum rerum metum, Pompeium nolit dimittere.* Editiones vett. legunt *quam illud nusquam illum.*

8 Idest Graecus homo Theophanes urgebit propositum, ne Pompeius discedat.

9 Vide epp. CLXXXIV, 4 et CXCI, 3. *Volusius*, vide ibid. not. ult.

10 Sic Victor. e ms., in quo erat *ἐπίκωπον*. Alii *ἐπικὸν δεῖ*. *Schütz.* Quod Tunstallus explanabat: *oportet aliquid gerere me illustre, dignum carmine epico.*

11 Num bellum pararent in Syriam, vel Ciliciam irrupturi.

12 Nam diutius prorogato imperio difficilius continentiam suorum apparitorum (ep. XXIX, 4) praestare potuisset Cicero.

13 Sic edd. Ro. Aldi, Lambini; vulgo *ad quae.* Hoc modo malim etiam legere in ep. CLXXXVI: *praeter eas, quae mihi binae* etc., quemadmodum locutus est Caelius in ep. CCXXIII, 5.

14 Quod non acceperim praefectos eos, quos tu a me fieri volebas, habe me excusatum; aliis, quoscumque tu voles, tu ipse hoc munus deferto. *Excusato* est in cod. Ambr., in edd. vett. et Lambiniana. Schütz expressit coniecturam Popmae: *In praefectis excusatio ni sit*; Lambinus *excusato, tribunos, quos voles;* Bosius ex Dec. *ni praefectis excusationi sis.* Vulgo: *In praefectis excusatio, iis quos voles.*

15 Praefectura prohibitos volebat Cicero quotquot in provincia negotiarent; ep. CCL, 8 init. Apuleius autem, qui negotiator videtur fuisse, utpote qui *praediator* dicitur ep. DXXXIV, 2, commendatus procul dubio fuerat ab Attico.

16 Ep. CXCVI, 3. Aldus *Zenonem*, et sic infra *Zenoni*, *Zeno.*

17 Hoc est, stultos, vel ineptos *homines.* Vide Divin. II, 70, et Indicem. Alii *varones*, eodem sensu; alii *Patrones* corrigebant.

18 Nimirum, *mihi is dixit, ter te scripsisse*. Amb. 16 et Lambinus *iste dixit* etc. Mox *rem illam*, vide in ep. sup.

19 Sic cum Schützio edd. Iensoni, Min., Aldi, Lamb., eadem terminatione scilicet, qua *Xeno*, qui statim infra occurrit. Vulgo *Patron*.

20 Est epistola superior, cuius oratorium artificium egregie Manutius aperuit.

21 Nimirum epistolam a Pilia Attici uxore ad Q. Ciceronem missam, ut hic cum uxore sua Pomponia in gratiam rediret (ep. CLXXXIV, 3), Marcus curiose aperuit legitque. Sic locum explanat etiam Schoenbergerus. Rogat itaque nunc Cicero Atticum, ut Piliam consoletur.

22 Lamb. *videlicet sunt datae*. Vulgo *videlicet datas*, quod iam Victorius mutaverat in *datae*, quodque tamen Clericus tuetur. Si verum est, puto excidisse *scito*, vel quid simile.

23 Νομανανδρίαν legebat Bosius ex Dec., h. e. ignaviam in praefecturis; Schützius Νομαρχίας; scilicet *praefecturae excusatio* est excusatio a negotiis proconsulatus petita.

CXCIX.

1 Zel. B *M. Caelio curuli*.

2 Sic Zel. B et Lambinus. Vulgo *et Chresti c*. In Amb. quintodec. *ut* medium non est. *Compilationem*, scilicet, ut I. Fr. Gronovius explicat, vel ut Chrestum compilaverint, idest fraudaverint, fures; vel ut Chrestus alios compilaverit. Amb. 12 *compilationes*.

3 Quod levia sint, et viro gravi indigna. *Corrad*.

4 Zel. B et ed. Med. *curo scribas*.

5 Idest, statum rei publ. descriptum. *Forma* proprie dicitur Architectis descriptio futuri aedificii, vulgo *ichnographia*, *delineatio*. Graev.

6 In trib. Amb. et Zel. B *quo.*

7 Triduum; ep. CXC.

8 *Sermonibus — quae*, generis mutatio per intellectum, τῶν *de negotiis, quae.* Vid. Observ. III, 2. *I. F. Gronov.*

9 Quintusdec. addit *complectendum.*

10 Graevius cum Ant. Augustino et Vrsino emendabat *eidem illi*, sine causa: *iidem* iungi debet cum *boni et mali*, et *illi* est dandi casus, scilicet Pompeio. Mox *nobis*, explicat Manutius, mihi et tibi.

11 Quem reum defenderat; ep. CXXVI, 2. Lambin. et Gothofr. *C. noster Can.*, et ed. Scinzenz. 1485 diserte *Caius.*

12 Martyni-Laguna et Schützius *quam ut ne.* Mox quintusdec. *tempus provinciae nostrae.* Hoc iam ad satietatem inculcatum vide in epp. CLXXXXV, 1, CXCV, aliisque.

13 Ante Mart.-Lag. *et quomodo.* Illud *et* ego sustuli auctoritate codicis 15. Clericus reposuit. Tum Manutius, Lamb. *Quid, quando, et q.*

CC.

1 Graecorum more dixit *Ceo* quartu casu. *Bosius.* Lambinus *ad Cei vicum; inde*, scilicet ex Aldo scribente *ad Ceocum vicum, deinde.*

2 Schütz ex mss. *Delo nec movere.* Vtrumque recte. Lambinus *nec me Delo movere.*

3 Hoc est, nisi omnia mihi prospera ex vexillis navium vidissem. Bosius et Schönbergerus *omina* pro *omnia*, et mox edd. usque ad Lamb. *ἀκρ. iura* habent.

4 Reo ambitus (epp. CXLIX, 5, et CLI, 2). Eius avunculus erat Hortensius; itaque ad hunc retulit consilium suum. *Ernest.*

5 Sic primus Vict., olim συνηγονιζόμην.

6 Vel liberto, vel librario, aut amanuensi puero Attici. *Libros*, scilicet de re publ.

7 Aldus, Vict. *Helonius*, et mox *vir gratissimus*.

8 Sic Lambinus; vulgo *quid futurum sit. Etiam*; in quo *etiam* rescriptum est pro *sciam*. Aldus utrumque *q. f. sit sciam. Etiam*.

9 Scilicet designatos; quod tamen falsum fuit; ep. CCII, 2.

10 An Caesari in Galliis successor parabitur: an id feret Pompeius: qui et quot ambitus rei in iudicium ex comitiis consularibus vocabuntur. Haec omnia Caelius persequitur in ep. CCXXIII.

11 Aldus Vict. *de strue salinarum*; Lamb. *de s. alveorum*; orta varietas ex prisca vitiosa lectione *destrues alterum*, vel *de strue saliarum*. Vulgatum dedit Bosius.

12 Intellige Crabra, de qua ep. DCLXVII. *Ernest.*

13 Libri multi cum Vict. *de aqua*, *quam ego*, ut sit ἐπανάληψις.

14 Sic primus Vict. Olim *quid c.*

15 Sic Schütz, quia futurum Corrado placebat. Mihi probatur etiam *rogarit*, quod est in variantibus Aldinis et ed. Ascensiana. *Tua* autem pro vulg. *sua* non solum est in libris Vrsini, ut ait idem Schützius, sed in Ambr. et in omnibus veteribus edd., quas vidi, hoc sensu: si quid Philippus rogaverit, facias, velim, id quod Attice, faceres, si de re tua ageretur.

CCI.

1 Interfectus est Clodius, ut refert Asconius, XIII Kal. Febr. Cn. Pompeio III consule sine collega. Haec scribebat Cicero anno proximo sequenti Ser. Sulpitio, M. Marcello Coss. Ab eo vero die, quo caesus est Clodius,

usque ad eum, quo Cicero venit Ephesum, qui fuit XI Kal. Sextil., dies sunt 560; quam summam reperies si duo et viginti dies, qui eo biennio intercalati fuerunt, ceteris diebus annumeres, et ex Macrobio et Censorino statuas, tum menses hoc dierum numero constitisse, Ianuarium 29, Februarium 28, Martium 31, Aprilem 29, Maium 31, Iunium 29, Quintilem 31, Sextilem 29, Septembrem 29, Octobrem 31, Novembrem 29, et Decembrem 29. Annus enim ante, quam Caesar fastos emendaret, erat tantum 355 dierum. *Bosius.* Idem ex Dec. dedit *sexagesimo et quingentesimo*, quum antea legeretur *sexagesimo et quinto.* Tum Lambinus *pugnam ad Bovillas*, quod propius abest a mss. legentibus *pugnam ambovillam.* Significatur dies et locus, prope quem Clodius a Milone interfectus est.

2 Bene, opinor, Lambinus *legationum et privatorum*, *de incredibili m.*

3 Scribendum puto: *quid ad te attinet.* Schütz.

4 Int. dicam; abrupte, ut alibi dictum in correctione. *Ern.*

5 Intelligendum est in Asiam, ut ibi pro imperio agere possem: quod non erat. *Ernest.* Ciliciae enim imperium, non Asiae habebat. Eo sensu intelligenda sunt illa *quasi Ephesio praetori*, quia Ephesus in Asia erat. Graevius *verumtamen cum decumani;* Lamb. *v. cum civis Romanus venissem*, secutus coniecturam Manutii.

6 Ostentarat se Cicero semper amicissimum ordini publicanorum, et semper item servire instituerat provincialium commodis. Nunc quum inter Decumanos et provinciales male conveniret, periculum erat, quicquid inter eos decrevisset in provincia sua, ne in alterorum offensionem incurreret. *Muret.* var. lect. XIV, 11.

7 Idest, tuis consiliis. *Ernest.*

8 H. e. leges, seu conditiones publicanorum et provin-

cialium de exactionibus. Cf. ep. XXIX, 10. Mox volebat Ernestius sed haec h. Infra pro *Caestius* edd. vett. *Testius* et *Sestius*.

9 Vict. et Graevius *negotiola*.

10 Q. Minucio Thermo propraetori; Ioniam regenti; epp. CCXXX et CCLVIII. *Manut.*

11 Lectionem firmavit Victorius. *Tradidi*, h. e. constitui apud eum, commendavique Philogenem libertum tuum et Seium, ut in curandis negotiis tuis ipsis benivolentiam adhiberet. Lambinus *Seium Rhodium*, et *Apollonidiensem*. Mox *Apollonidiensem Xenonem*, alterum Attici procuratorem. Addidit *Apollonidiensem*, ex urbe Apollonida (ep. LII, 6), inquit Popma, ut a Xenone Atheniensi, de quo in ep. CXCVIII, 5, eum distingueret. Bosius *Apolloniensem*, sc. ex urbe Apollonia.

12 De filia collocanda (ep. CLXXXVII, 1). *Schütz.*

13 Intelligit debitum cum Caesare, de quo in epp. CLXXXIX et CXCVI, 2. *Cuius in cupiditatem incubui*, hoc est, cuius amicitiam cupivi.

14 Quod multi nobiles rei de ambitu in iudicium vocati fuerunt; ut colligitur ex ep. seq. et CCVI aliisque a Caelio datis. Edd. priscae cum Lamb. *in primisque numquid* (alii *quid*) *iudicibrum s.*

15 Vide ep. super. 8. In extremo vel rescribendum *animadverter* cum Lambino, vel excidit *velim*; sed vide ad ep. CXCVI, not. 20.

CCII.

1 Fortasse Caelius scripsit: *Absolutus est Messala. Certe, inquam, absolutus est.* Schütz. De Messala absoluto, epistola CCVI, init. *Me praesente*, quod mox sequitur, rescribunt post Man. Lambinum duos Stephani et Er-

cae, idest ex iis regionibus advectae, quarum incolae graece loquerentur; in quibus Cilicia Ciceronis provincia fuit; ideo ep. CCXLII, 3 extr.: *Turpe tibi erit, pantheras graecas me non habere.* Manut.

17 Ex qua exigeretur a Sittio pecunia, quam in aedilitatis impensas Caelius erogaret; epp. CCVI, 4; CCXI, 3; CCXXIII, 5. *Manut.*

CCIII.

1 An non id praesto, quod tibi discedenti promiseram, quodque tu fore negabas, ut crebro literas mitterem? *Manut.*

2 Sic Lambinus; vulgo abest *me*, quod tamen a prima syllaba vocis seq. absorberi potuit. Tum Ernestius coniiciebat *negabas.* Mox post *curaturum* vulgo additur *tibi;* id abest ab Amb. 12, 13, Rec. et edd. pr. et Man.

3 Tres Ambb. cum Rec. *hoc ego facio.* Mox ed. Med. *otiosus sim;* et infra Ambb. omnes *otium meum.*

4 Lamb. *Tum cum;* id habet etiam Amb. 15.

5 Tres nostri *et mihi non modo solus esse — videtur.*

6 Argute. Nam quia cum Cicerone coram de Hirro iocari, eiusque ineptias ac stultitias ridere cupiebat Caelius, ideo dicit Hirrum curare, idest in petitione aedilitatis ita se inepte gerere, ut de industria videatur curare, ut ego tecum sim, quo illum ridere possimus. Vidit Manutius.

7 Augur (Cicero) in locum P. Crassi, Marci filii, a Parthis interfecti, creatus est, Plutarcho teste: nominatus de more a duobus auguribus, Pompeio Magno et Q. Hortensio oratore; Phil. II, 2, et in Brut. init.; qui fuit A. V. C. DCC Domitio et Messala coss. *Manut. Illum — tuum competitorem,* nempe Hirrum. Mox ed. Min. *se incertiorem quam me c.*

8 Ernestius coniecit *f. cum locupletiore feriam*, idest, si aedilis fio cum alio (potius, quam cum Hirro), forsitan aedilitatem consequar eum locupletiore, a quo vincar magnificentia munerum. *Schütz.* Quae res id efficit, ut mea causa non multum cupiam aedilem fieri. Attamen si hoc acciderit, ideo nobis suave saltem erit, quod Hirrus repulsam patietur, et in eius repulsae recordatione risus per totam vitam nobis deesse non poterit. Manutius *nam me, si fio — referam;* Lamb. *nam me, s. f. f. non locupletiora referam;* ms. Zel. B *fortiore aliis locupletiore r.*

9 *Quod si acciderit* etc., est pro *ut si id acciderit;* et *possit*, quod est in Gu. 1, quodque sententia postulat, scripsi pro vulgato olim *poterit.* Haec Ernestius. *Possit*, est etiam in quatt. Ambb. Rec. duobus Zell. et ed. Lambini; tert. et quar. *sed si acciderit* etc. Mox *sed tanti m.* habet 13 cum Ernestio; scilicet sed tanti rem hanc puto. Sed tert. *sed tanti sed mehercules non tantum; multum M. Oct.* Ceteri codd. cum vulgo *sed tanti sed mehercules;* Manut. et Rob. Stephanus *sed tanti? sed est mehercules;* quod Graevius explanat: Tanti ne putas, inquis, hanc rem? Cui Caelius respondet: utique tanti. Hoc ceteris praetulerim.

10 Ernestio delendum videbatur *eorum. Schütz.* Edd. vett. *eorum odia, qui H. premunt*, ut et Graevius edidit; debuisset etiam, teste Ernestio, rescribere *qui permulti sunt.* Sensus est, ut idem Ern. explicat: videatur competitor (in aedilitate) Octavius, quia parum gratiosus est ac dignus honore, facere, ut Hirrus minus invisus sit. Sed id non fit.

11 De hoc toto negotio consule ep. CXCIII.

12 Quam tibi dedit, se, invito Milone, in eius bonis non fore. *Corrad.*

13 Aliquod scilicet monumentum. Sic de Franciscis corrigebat, et edidit Man. Vulgo *aliquid*.

14 Manutius et Lamb. *prodat*, *velim*. *Cuiusmodi*, *puto*, q. Duo Ambb. *quaeres*. Mox tertiusdec. cum Manut. et Lamb. *Tu aptius*.

15 Vulgo editur *quod;* id non patitur *maxime;* nisi ante legendum *aliquod*. Ernestius. Id feci, et subaudio *monumentum*, idque habent nostri omnes. Ernestius aliique *quid*.

16 Ed. Ro. *genere eo tamen*, bene; Lamb. *ex eo genere t*.

CCIV.

1 Est hoc e vestigiis ms. Turnaesiani legentis *stabo*; ceteri libri *dabo*.

2 Est ep. CCI.

3 Cicero rogat Atticum, ut diem, quo primum ipse in provinciam venit, in Kalendario attente consideret, ab eoque statim annum administrationis suae incipiat, ne sibi ea forte ultra annum prorogetur. Id ipsum epistola CCVII init. Emendatio est Tunstalli, quam Schütz et ipse Clericus receperunt; vulgo παράγγελμα ἐνιαύσιον; alii alia, sed ex coniectura omnes.

4 Vide ad ep. CXCVIII, 4. Infra libri vett., praeter Ro., *deinde*. De pactionibus vide ep. CCI, 1.

5 Cui in Cilicia administranda succedebat; ep. CLXXXIII.

6 Qui mecum sunt in administratione provinciae. *Eos* autem *servire famae* suae dixit etiam epp. CXCVI, 2, et CXCVIII, 4.

7 Ne meos semper continentes praestare possim, si provincia nobis prorogatur. Infra libri vett. *bene paramus*.

8 Eos vide ad ep. CXCI, 3, not. ult.

9 Edd. vett., praeter Ro., *quaeve futura*.

10 Hoc opinor referri ad coniugium Tulliae, de quo epp. CLXXXVII, 1, et CCI, 3. Ex ἐν et μυχός, quod proprie dicitur cuiusque rei intimum, seu arcanum. Id dedit primus Victorius ex vestigiis sui cod. Ante illum ἐν ὁμίλῳ.

CCV.

1 Ed. Ro. *volebas.*

2 Libri multi *scripseram — fuerunt;* et infra Amb. 13 *repetita sunt,* quorum duo ultima probo; et inferius Ern. et Verburgius *supervacua est.* Libri scripti in utramque partem.

3 Liber Scaelsii addit *et per alios.* Mox *habuisse rationem,* scilicet ut *mihi aptam explicatamque provinciam traderes,* ut dicitur in ep. CLXXXIII, quam vide.

4 Cod. Graevii 1, quem Schützius expressit, *statueresque et p.,* Lambinus corrigebat *restitueresque et repararea.*

5 Quum Cicero et Appius consulares auguralesque essent, clarus igitur uterque. Translatio a fabulis, quae ab obscuris personis, hoc est ab actoribus larva inductis aguntur. Vide Manutium. In seq. sententia edd. vett. *sed hoc.*

6 Adverbium posuit pro *ad quam.* Non insolenter. Sic Caesar Bel. Gall. II, 7: *Omnibus vicis, quo adire poterat, incensis.* Oudendorpius tamen *quos a. p.*

7 Idest, quoniam classe tu velis decedere. *Quod velles* non pendet a *dixit,* ut volebat Gronovius, sed est absolute dictum. *Dixit* autem regit *fore,* quod sequitur. Edd. Minut. Man. Lambini *dixit classe te velle d.;* et mox aliquot libri scripti et edd. vett. *et perfore. Perfore accommodatum,* eleganti tmesi pro *peraccommodatum fore,* ut Orat. I, 47: *Nobis vere ista pergrata sunt, perque iucunda,* ut annotat I. F. Gronovius.

8 Ita esse legendum perspicitur ex epp. CCXIII init., CCLXXV, 3 et DCCCXLII, 3; itaque volebant Corradus et B. Rutilius; et habent edd. Manutii, Lamb. et Schützii, quorum hic etiam seqq. *maritimam partem provinciae* delevit. Vulgo *ad illam.*

9 Zel. B *id te malle.*

10 Pal. 1 apud Gebhardum, Amb. 13 *propter;* edd. Man. et Lambini *prid.* Infra adverbium *ibi* recepi ex vestigiis cod. 2 Graeviani legentis *et tibi*, atque ex Ern. Schütz et Clerico. Vulgo abest; Manutius *ubi.*

11 Tacent hic omnes interpretes, saltem recentiores; nam Hubertinus et Ascensius nescio quid habent de literis cambii Ciceroni a senatu datis. Videtur, ne longis ambagibus differam sententiam, Cicero non tantum Laodiceae pecuniam e permutatione, sed e publica quidem permutatione accepisse. Idest, quum Laodicenses tributi aut vectigalis nomine populo Rom. debuerint pecuniam, permutatio est facta nomine publico, atque ex ea pecunia tantum Ciceroni in provinciam proficiscenti datum est, quantum ei debebatur ad instrumenta itineris, aut quamcumque aliam ob causam. Argentum de publico datum docet praeter alios ipse Cicero, Verr. IV, 5: *Neminem, qui cum potestate, aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum; dabatur enim de publico* etc. *Verburgius.*

12 Edd. Ro. Iens. Minut. *absum.* Mutavit Victorius.

13 Multi Ambb. cum Zell. B et Rec. *celerrimis.*

14 Sic libb. scripti omnes cum Schützio, et sic semper Cicero. Vulgo *tuo c.* Mox cod. Rec. et ed. Med. *prius ut conveniamus, quam decedas;* sed Rec. sine *ut;* edd. Man. et Lamb. *prius ut te conveniam, quam d.*

15 Alias melius *si qui casus.* Mox Zel. B *in te omnino officia*; Amb. 12 *officia in te omnia.*

16 Muciae gentis cognomen: hic vel Appii legatus, vel quaestor in provincia fuerat. *Manut.*

17 Libri fere omnes *sane autem* etc. Tum libri quamplurimi *potuisse obsequi.* Martyni-Lag. et Sch. pronomen addentes fecerunt *potuisse eum ob.*

CCVI.

1 Zel. B *invideo tibi, mi Cicero, quod tam multa,* quam lectionem; demtis mediis vocibus *mi Cicero,* habet Amb. 12, et sic Cicero loquitur pro Flacco 29. Alii libri *i. t. quod multa.* Mox Zel. B *quae miror,* alii libri *quae mirer;* et statim multi libri cum Graevio *istoc.*

2 Vide epp. CCII, 1. *Condemnatum,* lege vel de corruptis iudiciis, ut diximus ad ep. CCII, 1; vel alia de ambitu praeter Liciniam. Vide Henr. Gulielm. Tydemanni Dissertat. de rebus iudicatis non rescindendis, c. 11; ubi causam Messalae bene expedivit teste Schützio.

3 In annum proximum; ep. CCXI, 2. Confer dicenda ad ep. CCXVII not. 1. Mox legendum esse *M. Calidium — a Galliis duobus* viderunt Corradus, Manutius, Graevius et Pighius ad A. V. C. DCCIII, et suadent epistola CCXI extr., Brut. c. 80, et Valer. Max. VIII, 10, 3. Et sane M. Calidius, inquit Corradus, cum Q. Gallio inimicitias gessit, ut a duobus Galliis Marco et Quinto Calidium post repulsam in petitione consulatus accusatum intelligamus; ne plures coniecturas persequar. Correctionem expressit Schütz. *A repulsa* est pro post repulsam; libri aliquot *ab repulsa.*

4 Sacris curandis.

5 Fuit praetor Gabinio et Pisone coss. A. V. C. DCXCV (in Pison. 31, et ep. LII extr.), et Ciceroni, temporibus difficillimis, favit. *Repulsi* autem intellige in petitione quindecimviratus.

6 Nimirum in campum Martium ad comitia. Sveton. in Iul. 13: *Quum mane ad comitia descenderet.* Multi proceres habitabant in collibus; inde istud loquendi genus ortum est. *Graev.*

7 Quorum studia Caelius amicissimo suo Dolabellae adiunxit. *Nostri* autem, quia Caelius et Cicero equestri loco nati erant. *Manut. Acutius*, explanat Cortius, solicitius curassent, cavissent. *Superasset*, Lentulus Dolabellam.

8 Amb. 2 *non arbitror te*; et 7 *admiratum*; 12 *miraturum.* Infra *condemnatum*, scilicet de ambitu, quod tribunatum pl. largitione consequutus esset, ut Man. adnotat. Infra Schütz ex emend. Marklandi *cuius in locum*, quod haec sit forma Ciceroni usitatior.

9 Comitatem in obsequendo. Cuinam? Caesari, ut videtur, etiamsi ab illo contemtus tum fuerit. Vnus 15 *facultatemque.*

10 Meminit hoc loco Ernestius illud Virgil. Aeneid. I, 507: *talem se ferebat*; nostri aliquot omittunt *se. Bonos et s. malet*, hoc est, optimatibus et senatui haerebit. At fefellit Curio hanc bonorum exspectationem; vide quae diximus ad ep. CLXVI init.

11 Hoc effundit, ebullit, fervide iactat, ut fons aquas eiaculatur. Etsi belle Lambinus *hic senaturit.* I. F. Gronovius. Ita scilicet dictum, ut alias a Cicerone *sullaturit.* Mox libri aliquot cum Graevio *Huius autem.*

12 Ideo tribunatum plebis petit, ut contra Caesarem agat, a quo contemtus est; quum antea tribunatum minime cogitaverit. Quod Cicero significat ep. CCXXVII, 3: *Quum te tribunum pl. isto anno futurum non putarem.* Tum *solet — qualibet impensa adiungere*, solet nulli pecuniae parcere etiam in humilibus promerendis. Sveton. in Iul. c. 27. Graevius aliique dederunt *infirmorum hominum*, et intellexerunt homines propter debita et an-

gustias rei familiaris miseros. Alterum tamen magis placet.

13 Sic corruptam nostrorum scripturam *iis* vel *his* consiliis, Manutius et Ernestius emendarunt, et sic habet ed. Ro. Graevius tantum delet *iis* vel *his* auctore more suo.

14 Sic Manutius correxit vulg. *Laelios* probantibus Lambino et Schützio. Lollii Caesariani occurrunt, non Laelii, qui immo Pompeiani erant (Caes. B. civ. III, 100); et Curionem Caesaris tum inimicum iuvare potius in petitione tribunatus debebant, quam ei adversari. Manutii correctionem adiuvat ep. CXII, ubi non desunt libri, qui ubi legitur *Lollium* legant *Laelium*, et cod. Rec., qui scribit *Lellium*.

15 Praetoriis nimirum comitiis. Contra, in seq. sententia *comitia*, subaudi aedilitia. Quamquam, ut mihi videtur, *comitia* supposititium est, idque recte deleverunt Man. et Lambinus. Dicit Caelius, se nescire, quem exitum sint habitura sua comitia, quia favor populi in utrumque, Vinicianum et Hirrum, pendebat. Ex hac epistola ordinem, quo habebantur comitia, licet cognoscere. Primum tribunitia, quod illa verba declarant *designatum tribunum plebis*; deinde consularia, nam de consularibus comitiis accipiuntur illa verba *comitiorum dilationes*, et tribunos plebis designari ante consules testatur etiam ep. X, 1, ubi candidati consulares Galba, Antonius, Cornificius dicuntur prensare *comitiis tribunitiis*, hoc est dum tribunitia comitia habentur, ante, quam ad consularia ventum sit; postea praetoria: *praetoriis morae quaedam* etc.; denique aedilitia: *Neque porro comitiis*.

16 Nimirum, Hirrum fore aedilem plebis. *Aedilium pl.*, (scilicet duplex erat aedilitas, curulis et plebeia. Curulem Caelius petebat. Plebeii vero ante curules creaban-

tur. *Comitiis* autem intellige dum comitia habebantur. Candidati ante, quam sua comitia fierent, aliorum quoque magistratuum comitiis prensabant (ad ep. X, 1), ut populi voluntatem elicerent. Sic et Caelius Hirrusque, quum aedilitatem curulem peterent, aedilium plebis tamen comitiis prensarunt. Ita fere Manutius.

17 Cod. 13 *Memianum*; alii *Viciniamum*. Sed ex nummis et monumentis Lambinus et Ursinus evincunt *Vinicianum*. Fuit tribunus pl. A. V. C. DCC. *Mentio*, nimirum, quam in tribunatu subiecerat. Tribuni plebis, teste Corrado ex Dione XL, 45, praedicabant necesse esse Pompeium dictatorem dici.

18 Odium ex ea promulgatione natum. *Corrad.* Epist. CLVIII, 3: *Rumor dictatoris iniucundus bonis.* Quae promulgatio invisa optimatibus erat ob Sullanae crudelitatis in dictatura memoriam. Duo Ambb. *pervulgatio*; Rec. *provulgatio*. In extrema sententia, *insecuta est* a quo pendeat non habet. Ernestius coniecit *plebs insecuta est*; Schützius autem *magnus clamor insecutus est*.

19 Vulgo *ad non faciendum*; aliqui etiam *an non faciendum*. Placet quod erat in nostris Memmii: *iam non faciendum*, quod Manutius quoque expressit, hoc sensu: Primum populus Hirro impense favebat; postea vero, quam Vinicianus deiectus fuit, iam Hirrum non faciendum cuncti clamitare coeperunt; propterea quod et ipse cum Viniciano Pompeium dictatorem faciendum promulgaverat. Lambinus *iam ad non f.*

20 Scilicet, eum repulsam laturum. *Ernest.*

21 Supple *aedilem*. Tres Ambb. Rec. et ed. Med. addunt *templum*, nempe ex glossa. Vide ad ep. LXXVI, not. 8, et CLV init.

22 *Expensum aliquid alicui ferre* (vid. pro Rosc. Com. 1) est scribere in tabulis rationum id, quod alteri conces-

sum est sive ad proprietatem, sive ad usum. Intellige ergo legionem, quam Pompeius consul in Gallia cisalpina (Caesar Bell. Gall. VI, 1) conscripserat, traditam C. Caesari Galliarum proconsuli, ut ea uteretur, quamque ut traditam Caesari in suis codicibus scripserat Pompeius. *Quo numero*, suo scilicet, an Caesaris. Hoc est, mentio facta est, utrum ad exercitum Pompeii, an Caesaris pertineret legio illa, et quo consilio eam Caesar petiisset, et hoc tempore haberet. Haec est interpretatio Ernestii, et probabilior quidem. Amb. 7 *appeteret eum*; Lambinus *appellaretur*.

23 In Hispaniam, quo proconsul cum imperio erat iturus, vel, ut Dio XL, 65 et Caes. B. C. I, 9 refert, ut eam Bibulo in Parthos concederet. Libri scripti *cum* (vel *eum* et primus Graevii *eam*) *Pompeius esse* (vel *esset*) *coactus est dicere se* (vel *coactus est dicere Pompeium se*). Corradus corrigebat *quum appareret eum esse in Gallia, coactus est dicere* etc. *Sub mentionem*, scilicet statim post mentionem de ea legione factam, et contumeliosas voces eorum, qui Pompeio obtrectabant. Quare autem non statim post contumeliosas voces, nemo dixerit. Obtrectabant Pompeio Cato, Bibulus et Domitius Ahenobarbus, quod Caesari legionem de suo exercitu commodasset.

24 *Est*, quod exciderat, supplevit tacite Schützius ex correctione Ernestii, et habebat iam Lambinus. *De successione*, vide ep. CXCII, 2.

25 Vncis inclusa iam delenda putabant Lambinus et Ernestius.

26 De Gallia intelligendum eum Ernestio.

27 Haec *erat iturus*, et *iit* quomodo cohaererent non satis video. Alterutrum enim tantum necessarium videtur. Ivisse autem indicant superiora *ad urbem reverteretur*.

Non displicet lectio ed. Minutiani *iturus erat; et SC. ut puto — factum iri*, si *ut* deleas. Verum quomodo ad urbem reverti poterat si non fuit? Poterat utique si aliquantum viae iam processisset Ariminum versus. *Ariminum* urbs in finibus Italiae et prope Galliam Cisalpinam, ubi exercitum habebat Pompeius Hispaniarum proconsul. *Actum iri* ex correctione Ernestii receperunt Schütz et Clericus, idque suadet ep. CCX, 4 de eadem re. Vulgo *factum iri*. Amb. 15 *et statim id puta* (lacuna) *facturum*.

28 Aut senatus consultum fiet de imperio iis, qui provinciam obtinent, finiendo, idque potissimum Caesaris causa (CXCII, 2); aut a tribunis plebis Caesarianis intercedetur. Intercessum autem a quatuor tribunis pl. in ep. CCXXIII, 3 demonstratur. Et quum ait *turpiter*, sentire se pro optimatibus indicat; sed anno sequenti quum aedilitatem gereret, se mutavit, vel Appii censoris odio, vel Curionis tribuni pl. amicitia; epp. CCLXXII, CCLXXIX; CCCLXXXVIII. *Manut.*

29 Alii *senatus dicto*.

30 Ego tamen nihil actum iri de successione provinciarum puto, quemadmodum suam sententiam dicturum non puto L. Paullum cos. Hic erat cos. designatus, et consules designati, de more, primi sententiam suam rogabantur in senatu. At Paullus, quem Caesar pecunia corruperat, sententiam suam non protulit de successore Caesari dando. *Sic — quomodo* pro *sic — ut* alias habet particulas sibi respondentes ep. DX; post Red. ad Quir. 9; de Senect. 8.

31 Vide ep. CCII, 2, ubi et de pantheris.

32 Venandi peritam gentem; ep. CCLII, 17. *Manut.* Mox bene Graevius et post eum Ernestius, Schütztius et Clericus *venentur*, quod Cibyratis venandi studiosis congruit. Vulgo erat *vehantur*.

33 Supplevi *est* ex ed. Minut., quemadmodum Ernestius supra, not. 24. Infra, *regem*, de quo plura in epp. XCII et seqq. ad Lentulum missis.

34 Visum est Corrado et Ernestio Caelium in creditoribus Ptolemaei fuisse.

35 Excidit *velim*, quod Lambinus supplevit. Cf. ep. CXCVI extr.

CCVII.

1 Vocat Cicero *clavum anni* indicem et notam anni incipientis ex eo die, quo provinciam ingressus fuerat. *Bosius*. Alluditque ad morem veterum Romanorum, qui annum notabant parietibus Minervae aedis in Capitolio clavum impingendo. Confer ep. CCIV ad verb. παράπηγμα. Vict. *clavum amovebis;* Lambinus melius *clavum commovebis.* Haec omnia *ex hoc die — movebis* aberant ab edd. ante Victorium.

2 Sic primus Graevius ex Ball. et Helmst. At vett. libri *non* (vel *ne*) *habeat — cesset*; Lamb. ex coniectura *ne non habeat — cesset.* Est, qui sic distinguit *cursus animi et industriae meae: praeclara opera* c., cui favet locus Philip. VIII, 4: *Quem enim cursum industria tenere potuisset.* Administrationem provinciae pluribus in locis Cicero queritur sibi aptam non esse. Ad M. Caelium, in ep. CCLV, 1: *Totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora in re publ. onera sustinere et possimus et soleamus;* ad Att. CLXXXV, 2; CXCVI, 2. Infra, *dicere*, infinitivus admirantis (ep. XXXII, 1), veluti si dicat: An aliquid decoris habet me ius Laodiceae, hoc est in provincia, dicere, quum Plotius id faciat Romae? Ex his verbis Pighius ad hunc annum coniecit A. Plautium, sive Plotium, Silvanum Praetorem

Romae tunc temporis fuisse non solum, sed etiam urbanam iurisdictionem obtinuisse, quae provinciali Ciceronis similior erat propter privata, in quibus versabatur, iudicia. Ceterum Laodicea erat in Asia non in Cilicia, quam sortitus erat Cicero; sed ex provincia Asia tres dioeceses, hoc est parvae regiones, Ciliciensi provinciae attributae erant; ep. DIX.

3 C. Cassium intelligunt Manutius et Graev., quod tamen a vero abesse videtur. Nam copiae eius nonnisi reliquiis legionum Crassi a Parthis interfecti constabant (Dio lib. XL, 25 et seqq.); Bibulum alii, Syriae hoc anno proconsulem; Mongaltius vero Pompeium vel Caesarem, quorum uterque et amicus dicitur aliquibus in locis a Cicerone, et exercitum bene instructum habebat. De Bibulo tamen intelligere hunc locum placet. Neque obest, quod Mongaltius affirmat, illum in provinciam suam nondum venisse. Nam id non facit, quominus exercitum multum potuerit habere, ut et Pompeius, qui in urbe morabatur, et exercitum suum Arimini habebat, ut paullo supra dictum est.

4 Locutio est elegantissima, significans legiones sine viribus esse et robore. Liv. XXIX, 1; VII, 29; Tac. IV, Hist. 75. *Graev.* Cf. locum Livii III, 65 ab eodem huc traductum et correctum; item V, 18; XLIV, 41. Rem vero adhuc minuit, quum dicit illas fuisse exiles, tenues, scilicet vel numero, quippe tres cohortes aberant (ep. CCXIII post. med.), vel virtute.

5 Libri apud Malasp. *sim m. annuus*; Land. *sit m. animus*; Vict. *sit annus.*

6 Edd. Iens. Min. et Aldi *Romae praesto sis.* Mox *maximos sumtus facio*, nimirum de suo, quod patet ex epp. CXCVI, 2 et CCLV.

7 Quam pecuniam tu mihi mutuam dedisti per procura-

tores tuos in provincia, eam e fructibus provinciae reddere iis non possim. Nempe literis suis Ciceroni pecunias assignaverat; quod in permutatione intelligitur. *Ernest.* Confer epp. CCI, 2. extr., et CCV, 2 med.

8 Subaudi, ut alias, venire. Mox *Moeragene* emendavit ex Decurtato Bosius, quomodo etiam legitur in ep. CCLII, 10. In Tornaes. et Crusellino, itemque Ambros. legitur *Mofragene*, et in aliis libb. *Moffragine* et *Mophragone*. Ceterum, eum latronum ducem dicit Manutius, a quo Atticus aliquid, verba sunt Bosii, servi cuiusdam fugitivi nomine, petebat, quem Moeragenes, ut coniicio, receperat. Pro *deciderem* alii male *decernerem*, inquit Graevius. Est autem lepida translatio, proprie significat: videbo an possim litem, quae inter te et illum de tuo servo fugitivo intercedit, transigere armis; hoc est, an armis ipsum possim cogere, ut tibi servum restituat.

9 Provincia haec non est apta mihi, non magis, quam bovi clitellae. Vide supra not. 2, et in Indice. Mox esse retinendum *plane* indicavit Barthius ex Ammiano Marcellino XVI, c. 6. Libri vitiose *illa-ne*, *Cillane*, vel quid simile.

10 A multis libris excusis ante Vict. abest *ista*.

11 Ed. Ascens.: *Plura scribam alias; tarde tibi redditurо dabam, sed* etc., quam lectionem expressi, *has* tantum inserto ex Schützio, quod ceteroqui absorptum fortasse fuit ab antecedenti *alias*. Vox *alias* est in ed. Aldi, *tibi* in multis libris. Schütz P. s. *alias. Has enim dabam tarde redditurо, sed;* vulgo *Plura scribam tarde redditurо? sed dabam*, quod captu difficile non esse auctor Clericus. Ciceronis sententiam assequor, dicendi formam non item. Lib. Bononiensis, unus Maffeii et Amb. 16 *scribebam*, quod Ernestius recepit.

4 Hoc est filium, et nepotem ex fratre; epp. XI, 1 et XXVII, 1.

5 Supplendum *duxit*, quod in bonis exemplaribus se reperisse testatur Io. B. Pius in ed. Ascens.

6 Tulliae collocandae; vide ep. CCI, 3.

7 Subaudiendum omnino *fieri*, quod nisi subaudias, locum explicaremus ita de Sextio, quasi penes illum esset potestas Tulliae collocandae; quod non constat. Idem sentit contra Ernestium Schützius. Si intelligitur Sextius, bene aliqui corrigunt *et quid ille possit.*

8 Vide ep. CXCV.

9 Ed. vett. et libri scripti multis partibus plures *alia.*

10 In ep. CXCVIII, 4. Infra; *praefuit*, A. V. C. DCLIV. De eo iam in ep. CXLVIII, 13.

11 Appii genero; vide ep. CXCIV, 2. *Manut.*

CCX.

1 Hoc est, si hac ratione res, sive rerum eventus regere et disponere possemus. Huic interpretationi suffragatur et vis verbi *moderor*, et lectio antiqua: *Si hoc more moderari possemus.* Cortius vero explanavit: si possumus hoc suadere senatui. At magnitudo belli, et gloria triumphi, et Parthica dimicatio ex senatu nullo modo pendebant. Tum vett. edd. *et pro v.*

2 Minus recte ed. Min. *gloria;* et infra tres Ambb. *periculosam.* Tum Ernestius corrigebat *et gravem aliquam.*

3 Nam exercitum suum Cicero infirmum fuisse dixit ep. CCVII.

4 Exercitum infirmum habes; attamen nemo huius infirmitatis rationem ducet, h. e. nemo hoc putabit; sed omnia a te, qui publico negotio praepositus es, qui proconsulatum et imperium geris, perfecta desiderabuntur.

5 Rec. *futurum;* forte et *successorem* pro *successionem* librarius cogitabat; scilicet, successorem futurum tibi. *Galliarum controversiam*, vide supra ep. CCVI, 3; et planius CXCII, 2.

6 Lamb. *praevidebam.* Mox *ut te facerem*, Caelianus loquendi modus, pro *te facere.*

7 Multi libri *translatitia.*

8 Si Caesari relinquentur Galliae, nec in alias provincias successorem destinari, nec de iis decerni sinet. *I. F. Gronov.*

9 Impersonaliter, pro *moremur.* Vide Ern.

10 Omnia stupent ac cessant, ut aqua, quae non currit, obturato incili. Festus: *Inciles fossae, quae in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factae.* Cato de R. R. 155: *Per hiemem aquam de agro depelli oportet. In monte fossas inciles puras habere oportet.* Mox: *quum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis exire oportet, incilia aperire.* Columella VIII, 9: *Vt a superiore parte, si olla in clivo sit, incilia excitentur.* Huc pertinet proverbium a clepsydra, vel incili petitum: *Aqua haeret.* Cic. ep. CXVI: *In hac causa mihi aqua haeret*, id est, cessat consilium, nescio quid agere debeam. Off. III, c. ult. *I. F. Gronov.* Libri scripti vitiosam exhibent lectionem. Alii cum edd. Med. Min. et Vict. *Tanquam vi quadam in Cilicia omnia adhaeserunt;* alii *in quodam in Cilicia*, vel *Sicilia;* Amb. *in quodam in acilia o.* Quare Manutius et Lamb. *tanquam in quodam silice iam omnia* etc. Turnebus (Advers. XII, 17) *in quodam cilicio;* Pantagathus apud Vrsinum, *Sane tamquam in quodam vecta lintre omnia;* et And. Schottus (II, 21 Nodor.) ex vestigiis cod. Maff. *et in quodam victilica omnia adh.* vel *in quodam fictili ea omnia adhaeserunt;* et amicus

eius quidam *tanquam in quodam iustitio*, vel *intersti-tio*, vel etiam *in quodam vitiligio* emendabat; denique divinabat *fictili lucra omnia adh.* Quae omnia ex voce *incili* depravata, et ab orationis perspicuitate aliena Lambinus et Manutius viderunt. Vid. epp. CCII, 2 et CCVI, 3.

11 Amb. 13 cum edd. Med. Man. Lamb. *urget, sed neque;* quod etiam edidit Bonacurtius Pisanus; alii *urget et neque.* De re vide epp. CCII, 2 et CCVI, 3. *Neque — potuit,* hoc est multos senatores cogere in senatum non potuit. Quae interpretatio congruit loco ep. seq. 2 *Ne frequentiam quidem efficere potuerunt.* At quare multos? Vt numerum scilicet senatusconsulto faciendo necessarium eliceret.

12 Sic ediderunt Man. Lambinus, Goth. et Schütz. At vett. omnes edd. cum tribus Ambb. *Hoc si pr. a.* Vulgo sine *hoc,* quod tamen est in libris fere omnibus.

13 Scilicet, quod si hoc anno finito Curio introibit in scenam etc. Recte; *introibit* legitur teste Graevio in vetustis editis et habent Manut. et Lamb. Amb. 14 *intromitti ut;* an *intromittitur?* non probo. Ed. Ro. *introierit.* Vulgo *introivit. Curio,* trib. pl. designatus; ep. CCVI, 1. *Introibit,* idest, rursus agitabitur quaestio de successione provinciarum. Mox Man. Gothof. et Schütz, probante Graevio, *tunc sit,* vel *erit.*

14 Ernestius coniiciebat legendum: *qui suam causam non rem publ. curet.* Ed. Ro. *et iis qui — non curent;* Man. et Lamb. *et iis qui suam causam non rei publ. curent* (vel *curant*). Mox pro *superet* Lambinus et I. Fr. Gron. *suppetat.* Vulgatum explicat Manutius: supersit, reliquum sit, h. e. quantum in hoc Caesar negotii sit habiturus, vel commodi, te non fallit.

CCXI.

1 Vid. ep. CCII, 2, et CLVIII, 3.

2 Sic cum Ernestio omnes fere nostri. Graevius *minimum fuerit;* et Lambinus *quam ne c. q. minimae res fuerit.* Amb. 15 *quamve contentionis minimae;* et 14 *quam nec contentionis quicquam minimum.*

3 Scilicet, pudeat te illum habuisse competitorem, nempe in auguratu; ep. CCIII, 1. *Post repulsam*, nimirum in petitione aedilitatis; ep. CCII, 2.

4 Hoc est, simulat, ac prae se fert, se bonum civem esse. *Graevius.* Mox *sententias dicit*, de mittendo Caesari successore; ep. CXCII, 2 et sup. 2. Allusisse Caelium ad Terentii verba *sententias loquitur carnifex*, monuit Ernestius. *Exspectationem corripit*, h. e. patientiam eorum increpat, qui tamdiu Caesarem in Galliis dominatorem ferunt. Eodem verbo usus est ep. CCII, 1.

5 *Obiurgatus*, forma deponentiali, est etiam in omnibus mstis Amb. Rec. et edd. vett. At Manut. coniiecit et Lamb. edidit *obiurgat; scilicet hac repulsa* etc. Curionem autem ideo obiurgat Hirrus, quod ille circa hoc tempus defecerat a bonis et a re publ., atque ad partes Caesaris transierat: Graevius legebat: *Prorsus Curionem non mediocriter obiurgat, ac repulsa se mutavit.*

6 Hanc antiquorum librorum lectionem Victorius mutavit in *liberales.* Nimirum *causae* liberales sunt eae, quibus, qui pro servis erant, in libertatem vindicabantur. Pantagatho placebat *liberalius*, Gronovio *libertatis. Schütz.* Quum autem *liberalis* legimus, dicimus Hirrum beneficia sua impertientem animo libero homine digno causas gratuito egisse. Amb. 12 et edd. Med. Min. Man. *liberaliter.* Tum *causam* pro *causas* est in multis no-

stris, Rec. et edd. vett. *Post meridiem*, quasi dicat, eum ita opipare epulari, ut caussis agendis ineptus postea fiat.

7 Impedit, ob affinitatem: nam erat Octaviae maritus, quae neptis fuit Iuliae, Caesaris sororis. Caes. B. Civ. I, 2. *Manut.* Interpellat autem, ne agatur in Senatu de successoribus provinciarum (ep. CCVI, 3). Plerique nostrorum cum Rec. et ed. Med. *interpellabat* .... *potuierant.*

8 *Reiecta re* est e correctione Graevii ex vestigiis libri Mediolanensis; nam nostri male *reiecta est*, et Amb. 2 *reiectum est*; ed. Ra. *causa reiecta est*; Med. et Min. *reiecta est causa*; Man. Lamb. *reiecta caussa est.* Fortasse ex media harum lectionum pro *causa* rescribendum est *coss.*, scil. *reiecta re consules — efficere potuerunt.* Tum Zel. A *ne frequentia quidem*; vide ep. sup. 2.

9 Hoc est, nihil profectum, promotum in hoc negotio de provinciis. Sic Tusc. V, 6: *Profligata iam quaestio est, et paene ad exitum adducta.* Confer de Prov. Consul. 14.

10 Regat tuo loco; Caesar Bell. Civ. I, c. 85. Adde Salust. Cat. c. 18. *Cortius.* Zel. B *retinent.*

11 Quum sit tribunus pl., qui intercessurus sit et impediturus, ne Caesari Galliae praefecto succedatur. *Graev.* Mox legerim *in quam ceterae*; ed. Min. *qua c.*

12 Lamb. *quod tibi eo magis scripsi.*

13 Hominem venandi peritum; ep. CCLV, 2. *Decem pantheras*, quas populo ostenderet funebribus ludis, quos patri mortuo reversus e provincia dedit, Calvino et Messala coss. A. V. C. DCC. *Manut.* Ed. Ro. *Patiscum cum Curioni d. p. misisse*; corrigendum *misisset.*

14 Agros pauperioribus de plebe. Alludit ad actionem Curionis de agro Campano, ep. CCXXV, 2. Male Man. *I. F. Gronov. Praedia rustica* dixit, ut ea distingueret a praediis urbanis.

15 Hoc est ex emend. Ernestii, probante Lambino, quod

sequentia omnia huius formae sunt. Habebant iam Manut. et idem Lamb. Msti *tencres*, ut vulgo; et Amb. 13 *teneas*. Mox *arcessieris* pro *arcessiveris* communi forma; nostrorum plerique male *arcesseris* et *accerseris*.

16 Qui non nominatur, sed M. Octavium puto, quum et Hirrus repulsam tulerit, et Caelium Vicinianum (Vinicianum) promulgatio de dictatore deiecerit; ep. CCVI 2. *Manut.*

17 Sic edidit primus Graevius ex msto Peckiano et Vrsiniano; eique favet unus nostrorum, nimirum sec. Vsitatior tamen forma Ciceroni est absolute *impera tibi*, ut ep. CCLXXIX, 1, Tusc. II, 21. Vide Indicem. Ante Graevium edebatur *impera tibi: hoc cura; soles — nihil curare*, vel *impera tibi: hoc curare soles — ut ego nihil curem*, ut est in multis libris. Ambr. 15 *impera tibi, hoc curare soles libenter, ut ego maiorem partem. In hoc negotio nulla tibi nisi loquendi* etc. *Soles — nihil curare*, ratio cur Ciceroni hoc curae mandavit Caelius; solebat enim minima negotia *nihil curare* Cicero. *Maiorem partem*, pro *ex maiore parte*, ut epp. CDLXXIII *Mihi licere — res has non omnino quidem, sed magnam partem relinquere*, CDLXI, et alibi et saepe. Graecismus Caesari etiam familiaris, Bell. Gall. IV, c. 1: *Maximam partem lacte atque pecore vivunt.* Lib. III, c. 12; lib. V, c. 7; VII, c. 35.

18 Graevius malebat *amandandi*, quod erat in msto suo; scilicet venatores ad pantheras capiendas; Ernestius delebat *mandandi*, quod abest a msto Gorl. Ego omnia *hoc est i et m.* delerem, si unus tantum cod. mstus faveret.

19 Ad pecuniam ex syngrapha debitam exigendam, ut mox, *venit ad suum negotium.* Cortius. Verbis *missurum alios* finitur epistola haec, immo et liber epistolarum

Caelii in edd. Med. et Min. At ed. Ro., codicesque scripti multi haec et sequentia inserunt epistolae CCII, 1 hoc modo: *Vide modo inquis, mihi literis ostenderis, me isto* etc.

20 Qui civitatibus annuum vectigal pendunt. *Manut. Tributarios* scriptum putabat Ernestius. Pantagathus apud Vrsinum legebat: *Agros, quos fructuarios habet Cibyratis.*

21 Intellige in petitione praeturae. *Columnarii* dicebantur otiosi homines urbani, qui multum circa columnas, et sub peristyliis fori versabantur; ut *subrostrani* in ep. CXCII, 5, qui sub rostris. *Non fecit*, sc. praetorem. Factus tamen a columnariis, quorum maior certe ubique numerus est, praeturam gessit, ut docet Manutius, anno sequenti, Paullo et Marcello coss. *Esse* ab Ambb. omnibus abest, idque aptius brevitati esse monuit Ernestius.

22 Vult ergo, ut Caesari succedatur; qua de re iam multa in epp. CCVI, 3; CCX, 2; et in hac ipsa 2; τὸ *vetat* restituit Ernestius a Victorio eiectum, sine quo sensus non constat. A nostris omnibus exsulat. Mstus Vrsini: *Pompeius tuus moleste fert Caesarem et provinciam tenere cum exercitu, et consulatum petiturum esse;* Lamb. *non vult Caesarem* etc.

23 Pompeii socer (ep. CCCXLI), nominatus in SCto *Q. Caecilius Metellus Pius Scipio*, quod a Metello Pio esset adoptatus; ep. CCXXIII, 3. *Manut.*

24 Nominatim: quod iniquum erat. *Manut.* Haec verba *de provinciis Galliis* uncis inclusit iam Ernestius, quod ea in cod. Gorl. non invenerit, et poterint sua sponte intelligi; Schützius delevit. Ego neutrum feci, quia ea authentica puto.

25 Gaditanum, Caesaris amantissimum, pro quo exstat Ciceronis oratio. *Manut.* Mox libri fere omnes, quos in manibus habeo, *conquestum esse.*

26 Sic msti plures et edd. vett. Vulgo *Canidius*; minus recte. Vide ad ep. CCVI, 1, not. 3. *Calidius* corrigebat iam Graevius.

CCXII.

1 Vticensi. Vide ep. CCXXXVIII.

2 Ex Commagene scilicet; adiectivus patrius. Mox vulgo *a. d. III Non. Sept.* At Cicero, ut observat Manutius, in castra apud Iconium venit VII Kal. Sept. (epistola CCXXVIII, 1), ab Iconio castra movere cogitabat III Kal. Sept. (ep. CCXXXVIII, 1), sed revera movit pridie Kal. Sept. (ep. seq. extr.). Itaque legendum videtur *a. d. III Kal. Sept.* Id iam recepit Schütz; quam emendationem et Amb. 7 innuere videtur. Scribit enim *ad Iconium a. d. III K. Non. Sept.*

3 Nomine Pacorum; epp. CCXIV, 1, et CCXXI. *Regis*, nempe Artavasdis, qui Tigranis erat filius; ep. CCXIX circa init.

4 Publice scribere dicebatur is, qui ad senatum, vel ad magistratus literas mittebat. Vide publicas Ciceronis literas CCXIX, et CCXXI, Planci DCCCI, Lepidi DCCCXL, et Lentuli DCCCXLII.

5 Scilicet Syriae, ut infra.

6 Sic Ernestius ex ms. Erfurt., quem et Schütz sequitur; sic et Amb. 15; olim *possumus.* Mox *continentia*, abstinentia, de qua plura in epp. CCVII med., CCVIII, 1, et CCIX, 2.

CCXIII.

1 Zel. A praepostere *tuum factum cum meo;* et mox B *mihi non magis.*

2 Vide ep. CCV, 2. *Nosse locum*, hoc est, quem gratiae statum is apud te obtineret, cognoscere.

3 In administratione Ciliciae; vide ep. CLXXXIII.

4 Vid. ep. CCV, 2. *Ille adventus*, Rec. *ille locus adventus*, ut indicet quo sensu vox *adventus* accepta fuerit, quae tamen vox punctis subiectis postea inducta est. Paullo infra edd. pr., excepta Med., *minime erat aptus*. Edd. Ro. et Lamb. *tamen dixi* etc.; Iens. *t. me ita* etc., et Amb. 3, 13, Zel. B *t. i. m. d. esse facturum*.

5 Praefectum fabrum; epp. CXCIV, 1; CXCI, not. 12.

6 Zel. B *magnopere petivit* sine *a me*, quae facile suppleri possunt.

7 Hoc est, in prima regione provinciae. Sic *ultima provincia* est extrema regio provinciae. Cic. ep. CCVIII, 2 *Appius — in ultimam provinciam se coniecit, Tarsum usque*. Graevius. Prima provinciae urbs erat Laodicea; de qua ep. CCV, 2. In seq. membro malim *nisi is ego successor*.

8 Edd. Med. *cum tuis literis, quas Romae;* et paullo post ed. Ro. *mihi perspexisse*.

9 Gebhardus ex uno Pal. et Stewechiano *ita et*. In seq. membro codd. Memmiani, edd. Ro. Med. et Lamb. *ex tuis intellexi;* quod placet.

10 Amb. 3 et Rec. sic habent cum Schützio, paullo vehementius, quam vulgo: *Non modo ibi*.

11 Rec. *consequi;* et mox ed. Min. *triginta diebus possem*. Tum Zel. B *qui tibi, ut opinor, l. C. ad dec.* etc.

12 Ambb. aliquot et ed. Min. *illis;* Rec. *his;* sed rectum videtur *iis*, itaque edidi. Correxit Schütz *illis*. Vulgo omittitur. Mox ed. Min. *inter nos sumus;* non inepte. Infra malim, ut alias, *lenissime dicam;* ed. Med. *et ut lev. dicam fugientis*. Verborum ordo est: *ut tuum factum videatur esse hominis a me alieni, ne dicam fugientis con-*

gressum meum, iis, qui ignorant quo animo inter nos sumus.

13 Verba *et est in multis* glossam sapiunt; ea sustulit Schützius. Alii *est enim in multis.* Mox Rec. Zel. B et ed. Lamb. *materiem nacti.*

14 Edd. Iens. et Min. *et iudicare.* De re vide ep. CCVIII, 2.

15 Lamb. *successum iri.*

16 Edd. Ro. Min. et Lamb. *videretur;* in aliis reperit Ernestius *videbitur*, ex quo malebat *videbatur.*

17 Lamb. *ne l. q. unas a.* Tum videtur esse legendum *acceperim.*

18 Zel. B *p. equitum evocatorum.*

19 Contra sempiternos hostes Amanienses, epp. CCXXVI, 2; CCXXVIII, 1; CCXXXVIII, 1. *Manut.*

20 Lamb. *quod ego.*

21 Non habet *et* ed. Min.

22 Quae ultra dies XXX, post successoris adventum, non permittebat in provincia permanere. *Manutius.*

23 Hac die primum provinciam tetigisse pluries inculcat; ep. CCVIII, 1. Mox Lambinus *Nunc iter* etc.

24 Absunt *ab Iconio* a Zel. B.

CCXIV.

1 Vulgo *accepisse nos.* In quo Ernestius verba *accepisse nos* delenda putabat. Ego vero rescripsi *nisi acceperimus.* Schütz.

2 Vide ep. CCXII. Graevius *Euphratem;* et statim Min. Ald. Lamb. *transiverunt.* Tum ed. Min. *Horodis;* alii *Orodis;* vide ad ep. CCL, 2. Infra, ante Bosium, *cunctis referto copiis;* sed ep. CCXXI init. dicitur *cum omnibus fere copiis.*

3 C. Cassius Longinus. Quaestor cum M. Crasso procos. in

9 Esset autem iniuria, si mihi provinciae tempus prorogaretur. *Manut.* Mox *amicos consules*, Paullum et C. Marcellum (epp. seq. et CCXVIII), designatos in annum proximum; *tribunum*, designatum.

10 Vid. ep. CCIX, 3. Mox ed. Ro. *adducentur R.*

11 Rem scilicet pecuniariam. Rex enim Ariobarzanes, quem a Mithridate expulsum in regnum suum restituerat, Bruto pecuniam debebat; quam ut ab eo exigeret, Ciceronem Brutus rogaverat. Confer ep. CCLII, 3. Mox ed. Ro. *Vt si suam ipse non ageret;* similis fere locutio iam occurrit in ep. XXIX, 6.

12 Ariobarzanem regem, qui mihi a senatu in tutelam est traditus, exhibeo creditoribus, ut *ab eo pecuniam* exigant ipsi. *Manut.*

13 Scilicet Bruto.

CCXV.

1 Vett. libri *M. Marcello*, quibus non semper esse credendum arguit ex hoc loco Manutius; vide ad ep. CCXVII not. 1.

2 Etsi fortunae vocabulum sit ambiguum, propterea que *adversa* vel *secunda*, distinctionis gratia, appellari soleat, *fortunare* tamen verbum, et *fortunatus* in bonam partem semper accipiuntur. Ep. CLXVIII: *Tibi patrimonium dii fortunent. Manut.* Hoc est prosperum faciant, et bonis augeant. *Parentisque tui*, C. Marcelli; ep. seq.

3 Diligimus ex delectu quodam, ac proinde propter virtutem eius, quem amamus; amamus autem impetu naturae, ut faciunt cetera animalia. Aliter est in ep. DCC post med., sed et hoc loco variant libri; nam edd. Ro. Med. Iens. Lambini *dilexi amavique*. Mox Rec. *tum mei etiam.*

4 Quum in exsilium pulsus est. Hoc ipsum epist. seq.

Mox Lamb. *necesse est, ut et sim totus vester e. e. ide-beam.*

5 Ep. seq.

CCXVI.

1 In auguratu; Divin. II, 35. *Caio* libri meliores habent cum vulgata lectione. Ernestius et Sch. praenomen omiserunt. Ed. Ro. *C. Marcello C. F.*

2 Filium.

3 Lamb. *consuesti;* et mox cod. Rec. *ut me absentem.*

CCXVII.

1 Quum in his continentibus literis tres Marcelli nominentur, quorum in praenomine neque ipsi codd. Ambb. satis sibi constent, accipe summatim, quae de his diserte disseruit Manutius: M. Marcellus M. F. cos. cum Servio Sulpicio hoc anno DCCII; C. Marcellus C. F. et M. frater Patruelis, cos. cum L. Paullo A. V. C. DCCIII; C. Marcellus M. F. Marci biennio ante consulis frater germanus, cos. cum Lentulo Crure A. V. C. DCCIV.

2 Lambinus, aliique *te tollimus.*

3 Quo C. Marcellum consulem designandum curasti. *Corrad.* Amb. 11, Zel. B, Rec. *hoc tuo officio.*

4 Aemulum et imitatorem studiorum.

5 Ep. CCXXVII extr.

6 Vide ad. ep. CCXII extr.

CCXVIII.

1 Aemilia gens, ex qua erat Paullus, patricia.

2 Ep. CCXV.

3 Comitiorum. *Corrad.*

4 In petitione consulatus. *Idem.*

5 Ep. CLXXXIII: *Quum et contra voluntatem meam, et praeter opinionem accidisset, ut mihi cum imperio in provinciam proficisci necesse esset.* Sic Ambb. fere omnes, et edd. pr. Vulgo *quum hic nec o.*

6 Sic codd. Palat. 1 et 6, ed. Ascens. 1, cum Ernestio et recentioribus. Olim *des efficias.* Mox *ne quid iniuriae*, ad ep. CCXIV, 2.

CCXIX.

1 *Si vos valetis, bene; ego exercitusque valemus.* Solemnis formula, qua procoss. in literis ad Senatum utebantur. *Schoenb.* Ed. Ro. *Si vos valetis bene est ego quidem valeo;* minus recte.

2 Non in ipsam quidem provinciam Ciliciam, quam nondum attigerat, sed in partem provinciae citeriorem, Asiaticam videlicet, quae Ciliciae attributa erat; ad ep. CCVII extr. Confer. etiam epist. CCXXVIII, 1.

3 Sic ep. CC init.: *Negotium magnum est navigare* etc. *Manut.* Abest *et navigationum* a Zel. B.

4 Ep. CCXXXVIII, 1 ante med. *Cappadocia patet a Syria. Manut.*

5 Quia propter affinitatem cum rege Parthorum (eius enim soror Parthorum regis filio nupserat, ep. CCXII) contractam dubitari poterat. *Artavasdes*, non *Artuasdes* vocatur alias a Cicerone (ep. CCXXVIII, 1 med.) et a Paterculo.

6 Lamb. *hominem cuius.* Mox Zel. B et Rec. *iuvari posset.*

7 Libri nonnulli *hominum.*

8 Quinque dies fuisse in castris ad Cybistra, scribit ep. CCXXVIII, 1 med. et CCXXXVIII, 1 a med. Itaque dicendum tres dies integros ibi mansisse; quibus si dies

adventus et discessionis addas, numerum, qui in illis epistolis est, habebis.

9 Vos senatus consultum fecissetis, quo mihi praecipiebatur. *Graev. Eusebén et Philoromaeum*, pium et amicum Romanis, a graeco εὐσεβῆν, et φιλορώμαιον, quae duo vocabula literis graecis in Amb. 14 et ed. Ro. scribuntur. Mox Lambinus *et incolumitatem regni defenderem.*

10 Senatorio. *Corrad.*

11 Libri multi *quando;* et mox ed. Ro. *incolumitasque regni.*

12 Qui fuerint cum Cicerone in administratione provinciae vide in ep. CXCI not. extr.

13 Plene Rec. et ed. Lambini *senatui populoque Ro.*

14 Expressi codd. Rec. et Amb. 15 legentes *cohortatus sum;* vulgo abest *sum.*

15 Huius Ariobarzanis patrem, quem regno expulsum a Mithridate Pompeius Magnus restituerat, per insidias interfectum haec verba et alia inferiora declarant. *Manut.* Mox Gulielmius volebat *atque ad monitum senatus.*

16 Idem liber Rec. et ed. Ro. *et vestram;* melius Amb. 15 *vestramque.*

17 Pro *indicia manifesta insidiarum;* ut contra ep. DCCXIV, 1 *summaque modestiae fama.* At ep. DCCCI init. *optimae mentis cogitata enunciare.* Capitolinus Pio. c. 2: *Non satis magnae pietatis est argumentum:* male Casaubonus et Salmasius corrigunt *magnum.* Cortius. Sic ep. XXIX, 2 *ad excellentem laudis cupiditatem;* ubi vide.

18 Schützius ex coniectura Ernestii dedit *accipere*, cuius mutationis necessitatem hic nullam video.

19 Hanc lectionem And. Schottus e cod. Mediceo eruit, Graevio et Ernestio probatam. Duo veteres libri habent: *amicosque in patris eius fide atque iudicio probatos;* Vnus: *amicosque patris eius atque iudicio probatos,*

Schütz. Primo modo se habent Rec. Zel. B, ed. Ro. et codd. Amb., praeter sec. et sext., qui stant pro altera lectione. Eorum quintusdec. *in patris eius iudicio*, cui proxime Lamb. *iam patris eius iudicio.*

20 Quomodo regnare oporteret, praeclare intelligebat Cicero: sciebatque inutile esse, quemadmodum non graviter animadvertere in eos, qui in vitam principis conspirassent, ita etiam eos, qui non valde illi culpae affines essent, in diuturniore metu continere. Homines enim propter metum saepe fortia et callida consilia in animo versant, ac, desperatione suadente, ea tentant, quae nisi omnem spem suae salutis abiecissent, numquam attingerent. *Victor.*

21 Potius, quam ad dimicationem contra eos, qui in culpa essent. Infra Rec. et edd. Ro. Med. Lambini *quando s. c. nossent.*

22 Rex a senatu appellatus fuit, Cicerone cons. A. V. C. DCXC. Vide ep. CCLXXI extr.

23 Cicerone tamen consule referente; vide ibid. *Manut.* Infra edd. Ro. et Iens. *curae esse decrescetis.*

24 Sic tacite Ernestius, et sic sententia postulat. Receperunt posteriores. Olim *liberaret.*

CCXX.

1 Libri aliquot cum Vict. *epistolam meam.*

2 Provinciae Ciliciae decessoris; ep. CLXXXIII. Correxit ex antiquissimo suo Victorius; alii libri depravate *apellius*, *appuli*, et *applicuit;* et infra *celeriter ivit; tam longe* etc.; unde Corradus conficiebat legendum: *tabellarius a. d. XI K. O. (septimo q. die Roma celeriter ivit tam longe) mihi t. l. r.*

3 Ab exercitu suo (ep. CCVI, 3), quem, ut Hispania-

rum proconsul, habebat. Lamb. *ut Pompeium exspectaris d. A. r., ita iam.*

4 Vulgo *Atelliano*, quod vix nomen est latinum. Itaque iam olim viri docti *Atiliano* reponendum censuerunt. *Schütz.* Lib. Land. revera *Atiliano.* Mox *Philotimum*, libertum; epp. CXCIII et CCIII, 2. *Ne appellaret*, ne in iudicium vocaret Messalam, qui pro Atilio sponsor fuisse videtur.

5 Ea post uxor Agrippae fuit, eius, qui Pantheon, quod nunc quoque integrum magna cum admiratione spectatur, Romae condidit. *Manut.* Mox idem Man. corrigit *iam mire iucundam esse.* Schützius insititia haec verba *iam Romae* iudicavit inclusitque uncis. Alibi Cic. (ep. CCXCIII, 4) simpliciter scribit *Filiola tua te delectari laetor.*

6 Sic dedit Bosius ex Dec., et vulgo receptum est; *Patro* tamen constantiae causa pro *Patron* per me facto. Recte Puteanus (Gasp. Gevartii, Elect. lib. I, p. 30) intellexit his verbis respici Epicuri sententiam, qui negabat στοργὴν φυσικὴν εἶναι τὴν πρὸς τὰ τέκνα, hoc est, *naturalem*, sive natura insitum *esse erga liberos amorem;* ep. CCXCIII, 4. Quo facto festive tangit Atticum Epicureum, qui filiola se delectari procul dubio scripserat. Hinc legendum putabat: *Etiam atque etiam vale dic Patroni et tuis condiscipulis*, quasi Atticus Epicuri sectae renuntiare propterea debuisset. Schütz, Lambino auctore, praetulit lectionem *e. a. e. valere iube Patronem et tuos condiscipulos*, quae propius accedit ad vestigia scripturae in mss., et usitatior est Ciceroni loquendi forma. Libri scripti et edd. vett. *e. a. e. valde patrone et tuis condiscipulis*, vel *e. a. e. vale patrone et tui condiscipuli*; Vict. et Lamb. *e. a. e. vale. De patrone et tuis c. quae* etc. De Patrone vid. ep. CXCVIII, 5.

7 Ex Manutio et Malaspina recepit *de parietinis* Schütz, qui illustrari aiunt locum epistolae CXCVII, 2, in qua Cicero Memmio Patronis negotium commendat, qui quasdam Epicuri parietinas sibi ab illo concedi volebat. Eandem rem Cicero tangit ep. CXCVIII, 5. Huius igitur loci hanc esse sententiam defendit idem Schützius: Et quoniam Patronis mentionem feci, quae Athenis de Epicuri parietinis ei a Memmio concedendis in itinere militari proconsul laboravi (quem parietinas curare vix posset aliquis suspicari), ea tibi, qui mihi hoc Patronis et condiscipulorum tuorum negotium diligenter commendaveras, grata fuisse gaudeo. Vulgatum *de Tarentinis* explanat Graevius, equites fuisse leves, duos equos habentes, et levibus iaculis veluti velites (ital. *bersagliatori*) hostem irritantes, pugnamque cientes. De iis Aelianus in Tact. c. 45, Suidas, Hesychius, Livius XXXV, 28, Polybius XI, et alibi, et Stephanus Byzantinus in Τάρας.

8 Scilicet Hirrum. Repulsam autem tulisse, intellige in petitione aedilitatis, ut vidimus ep. CCII, 2 et CCIII, 1. *Sororis tuae filii patruo*, qua periphrasi Cicero iocose se ipsum designat. Filius enim sororis Attici Quinto fratri nuptae nepos erat Marci Ciceronis. *Certaret*, in petitione auguratus. In seq. membro edd. Min. et Aldi *hoc magni a. s.*

9 Hoc est, *indignari differt ab invidere.* Qui enim indignatur, dolet indigno honorem haberi; qui vero invidet, ex alterius bonis aegritudinem capit, aut laetatur alios male affici. Hoc vult Cicero, se non invidere aedilitatem Hirro, sed potius indignari.

CCXXI.

1 Ed. Med. addit *pop. R.*, ita et edd. Ro. et Lambini scribentes *S. P. Q. Ro.*

2 Plene Lambinus, ut ep. CCXIX. *Parthos transisse Euphratem*, vide ad ep. CCXII.

3 Vide ad ep. CCXII, ubi et de Antiocho Commageno, qui infra occurrit.

4 *Pacorem* alii dicunt non sine libris. Tum *Orodis* habent codd. Ambr., praeter tert.; qui nobiscum *Orodi* habet. Vide ad ep. CCXIV, 1. Vtrumque et *Orodus* et *Orodes* latinum est, et *Oroden* est apud Virgilium (Aeneid: X, v. 732) et graece est Ὀρώδης.

5 Huius trans Euphratem sive pagi sive urbis, praeter Ciceronem nemo veterum meminit. *Graev.*

6 Samsicerami filio; *Phylarcho*, nomen et gentis et dignitatis esse potest: Arabes enim quidam *Phylarchi*, Strabone auctore, nominantur. *Corrad.* Arabum gens fuit in ἔθνη divisa, ipsi φύλας, (latina interpretatione *tribus*) vocant; unde suos dynastas vocarunt Phylarchos. Vidit Graevius.

7 Libri aliquot *infirme amicos.*

8 Sic Vrsinus ex veteri libro. Codd. Amb. et vulgo olim *consuetudinem*, quod imperii placidum morem et abstinentiam explanabat I. F. Gronovius.

9 Libri aliquot *equitatus nostri*, solemni errore.

10 Amanienses significat; ep. CCXXXVIII, 1 a med. et CCXXVI, 2. *Manut.*

11 Ed. Ro. *auditis.*

12 Infra dicit his verbis: *In hac paucitate militum;* quod iam dixit in epp. CCVII et CCX, 1.

13 Asiae vectigalia maxima erant; pro leg. Man. c. 6:

Ceterarum, inquit, *provinciarum vectigalia tanta sunt, ut his ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus. Asia vero tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat.* Manut. Asiae nomine probabile est etiam Ciliciam hoc loco designari.

14 Sic Ernestius primum ex edd. pr., alterum ex coniectura emendavit latinitate postulante. Olim *permisistis — noluerit.* Agitur de conscriptione militum auxiliariorum, quae in provinciis fieri solebat. Vide quae diximus ad ep. CCXIV, 2. Lambinus et vulgo *dilectu* utrobique; ego constantiae causa *delectum* rescripsi cum recentioribus, quod aeque bene dictum esse monet Forcellinus. Oudendorpius ad Caes. B. Gall. VI, 1 et alibi *dilectu.*

15 Non Ciceronis, qui saepe continentiam suam laudat e. c. ep. CCVIII, 1, sed proconsulum Roman. in genere, et praesertim Appii, cuius iniuriis Ciliciae illatis plena est epistola memorata.

16 Fuere cohortes XXX, quadringenorum peditum singulae; idest peditum XII millia, legiones videlicet duae; equitum vero II millia; epp. CCLII, 11, et CCXIV, 2. *Manut.*

17 Vacua praesidio. *Idem.*

18 Edd. Ro. Med. et Lamb. *Valete.*

CCXXII.

1 Schützius aliique addunt *Imperatori*, quod in solo tert. Pal. Gebhardus invenit. Id habent etiam edd. Med. Iens. et Lambini. *Pulcro*, non *Pulchro* habent omnes Ambr.

2 *Esse ad urbem*, vel *extra urbem* dicebantur, qui ante urbem in campo Martio exspectabant triumphum; scili-

cet, ut lege lata eis facultas ingrediendi urbem triumphando decerneretur. Et de triumpho Appium cogitasse ex ep. CCLXI, 1 cognoscitur. Ex hoc factum puto, ut aliqui adderent inscriptioni vocem *Imp.* Mox *refrigerato*, imminuto; sic in Verrem Act. I, 10 ad fin. *refrigerata accusatio.* Contra, *calere* dicitur id, quod sine intermissione fit; uti ep. CXLIX, 6 *iudicia calent.* Nonnulli significaverant Appio, Ciceronem prohibuisse legatos provinciae Ciliciae, quominus de more irent Romam, ut Appium laudare possent in senatu (ep. CCLXI, 3); quod mendacium Cicero hac epistola diluit. De more, inquam. Solebant enim legati provinciarum venire Romam, ut laudarent administratores (pro Fonteio c. 1); qua laudatione fiebat, ut administrator repetundarum non accusaretur, vel si accusatus esset, absolveretur, atque alia consequeretur beneficia. *Hominum provincialium*, civium Roman. scilicet, qui in provinciis ob negotia degebant; ep. XXIX, 6.

3 Passive, pro iis quae tacentur. Virgil. Aen. VI, 841:

> Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Cosse, relinquat?

4 Sic post Minutianum Graevius e mss. aliquot et edd. Manut. Lamb. Vulgatum tamen *vultu taciturnitate* reposuit Ernestius. Perverse libri aliquot *vultu taciturnitatis.* Infra, *pro tribunali*, h. e. in tribunali; ut *pro rostris, pro aede;* sic enim Festus interpretatur, teste Manutio. Vulgata Ioan. XIX, 13 *Pilatus — adduxit foras Iesum, et sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos.*

5 Ed. Iens. *Illud equidem scio.* Mox *ex superiore*, pro tribunali, quod eminet, ut supra, locutus est; *et ex aequo*, nimirum plano, scilicet privatis in locis, sive, ut supra, *in conviviis.* Quod sequitur *cum magna significatione* habent

duo codd. Amb. Rec. et edd. Med. Man. et Lamb. Alii cum Graevio: *cum magna solicitudine, significatione;* alii *magna solicitudine significationis;* vel etiam *et omni magna solicitudine significatione.* Rectius Zel. A *cum magna solicitudine et significatione.*

6 Hanc unam ob causam legatos Romam ire tuo nomine, hoc est, ut te laudarent, nesciebam. *Manut. Proficiscentium* autem pro *totum genus proficiscens,* relatione mutata, ut factum iam vidimus ep. CCXIX not. 17 ad verb. *indicia manifestarum* etc.

7 Hominem scilicet, facilitate et suavitate morum spectabilem, cuius in factis aut dictis nihil odiosum, nihil acerbum deprehenditur; quae in iis, qui in urbe vivunt, reperiri solent. Quod ait *ut nunc loquimur,* significat, hoc sensu coepisse suo tempore adhiberi, non autem novum esse verbum. Nam alias alio sensu ipsemet sine ulla interiectione usurpat. Vid. ep. CCXLIV, 3, et ep. CCXLIX, 1.

8 Schützius, Martyni-Laguna praeeunte, *nimirum. Senatui,* h. e. in senatu ad populumque Ro. Mox idem Martyni-Laguna *Midaënsium.* Manutius coniiciebat *Synnadensium,* eo quod, Synnadarum mentio paullo supra facta est, et Quarterius apud Olivetum *Midensium,* ex oppido Phrygiae *Midaëo* (graece Μιδάειον), quae civitas in ea parte Phrygiae erat, quae proconsulis Ciliciae administratione regebatur. Ab ea longe aberat Myndus Cariae. Huic lectioni favere videntur mss. Amb. aliorumque, qui habent vel *Mydesium*, *Mideaesium*, vel *Mydeasium.* Mox Lamb. *de ea enim civitate.*

9 Sic Martyni-Laguna, et sic Zel. B; vulgo *ista vidisse.* Tum ipse Zel. Rec. et ed. Lamb. *accidere multis;* et paullo post Amb. 2, Zel. B et ed. Iens. *non meminissem.*

10 Vt Romam venirent tui laudandi causa. *Manut.*

11 Legati, scilicet. *Suo sumtu*, ut Cicero in administratione provinciae. Mss. Rec. et edd. Ro. Med. Man. Lambini *si quis s. sumtu*.

12 Quantum lex Cornelia concedebat; ep. CCLXI, 3. *Manut.* — *Si infinito*, sumtu. Mox primus Martyni-Laguna *quid ex his r.*, scil. ex his, quae Synnadis disputavi. Vulgo *quid enim r.*

13 Solebant propraetores ituri in provincias edictum de tota iuris dicundi ratione, quam sequi in animo habebant, praemittere.

14 Amb. 3 *Iam vero;* et libri plurimi cum Graevio infra *hi* (vel *ii*) *qui haec* etc.

15 Cod. Scaelsianus *quam is cuius*.

16 Abest *civitatibus* a Zel. B; et mox edd. Ro. Med. *magno opere*.

17 Edd. Iens. Lamb. *exquisivisse*, quorum alter infra *tralatitium:* Hoc vero caput edicti mei, ex quo etc., id ipsum translatum est ex tuo edicto. Amb. 6 revera *translatum est*. Latini eo sensu translaticium usurpant, quo Graeci ἐγκύκλιον. Hesychius: Ἐγκύκλιον τὸ πανταχόου κυκλοῦν (*circulare est omni ex parte cingere*). Hinc ἐγκύκλιαι ἐπιστολαι (*epistolae encyclicae, circulares*), quae eadem forma ad plures scribuntur, quas et *formales* Latini vocant; *translaticias* etiam dicerent. Id in primis usurpant de capitibus edictorum, quae ex uno transferuntur in aliud. Est igitur hoc loco *translaticium*, caput quod ex aliis antiquioribus edictis translatum est in edictum successoris. Ita fere Salmasius cum Graevio. Quia vero hoc saepe fiebat, et capita illa nota erant omnibus, ideo *tralatitium* accipitur interdum pro vulgare et quotidiano.

18 Desipiens enim fuissem, si edictum meum composuissem ad legationes impediendas accommodatum; quas scirem non privatae rei causa, sed publice mitti. *Corrad.*

19 Phil. IV, 6: *Senatum, idest orbis terrae consilium, delere gestit.* Si fieri potuisset, ut eodem ordine verba hic disposita essent, probarem: nunc *idest in senatu* cum Ernestio uncis inclusi; ea Schützius, ut manifestum glossema, delevit. Zel. B non agnoscit *idest.*

20 Duo videtur Appius obiecisse Ciceroni: primum edixisse, ne quis iniussu suo e provincia discederet: secundum trans Taurum abiisse, quo civitatum legati eum persequi non possent, ut facultatem eundi Romam peterent. Quo facto videbantur excludi, idest, omni eundi Romam potestate privari. Hoc ultimum confutat Cicero. *Quarterius.*

21 Manutius, Lamb. *ridendum.*

22 Abest *earum* a ms. Rec. At Zel. B *illarum.*

23 Nisi post discessum meum decretae sunt legationes; quod prorsus est falsum. *Corrad.* In seq. membro multi libri *quum Synnade.*

24 Martyni-Laguna *maxime,* et ita est in margine Amb. 14 ab eadem manu, et correxit de Franciscis in suo exemplari. Vitiose mss. Rec. Zel. B, et ed. Ro. *mane. Venditionem*, h. e. locationem. Quum enim exigi celeriter tributa non possunt, inquit Manutius, venduntur alicui, qui quanti emit, tantum statim de suo numerat, deinde exigit acerbissime, accepta cogendi potestate. Sed modus loquendi, ait Ernestius, insolens est: *sumtus non necessarii inducuntur in venditionem tributorum* etc.; idest, ne propter sumtus minime necessarios legationum, cogerentur civitates vendere tributa, eaque vendita exigerentur per capita et ostia. Ed Med. *et in illam a.*

25 Hoc adiunxit, ne perditas ab Appio civitates videatur dicere. Perditas tamen per Appium maxime, significat in epistolis ad Atticum, atque haec ipsa tributa memorat ep. CCVIII, 1. *Manut.*

26 Zel. B *Tu si.*

27 Pompeius filius, et M. Brutus, generi huius Appii laudantur ep. CXCIV, 2, et alibi: Lentuli nusquam mentio. *Cellar.* Vocem *Lentulum* non agnoscunt msti aliquot Amb., et alii ab interpp. memorati.

28 Lamb. *praefectum fabrum Clodium.*

29 Colenda, ut contra *inimicitias gerere* passim dicitur. Ernest. *quorum sint de a. g.*, nescio an consulto.

30 Hoc est, ego forum agebam, sive ius dicebam Apameae; vide. ep. CCVIII, not. 8 ad verb. *Forum agit.*

31 Scil., te obiurgare videar.

32 Edd. vett., praeter Ro., *si quis;* minus recte, etsi alias saepissime.

33 Vulgo editur *callidius;* idque ironice dictum putant. Sed haec forma dicendi non convenit ironiae. Itaque fuerunt olim, qui *incallidius* praeferrent. Rescripsimus autem *calidius*, quod in mss. aliquot viri docti invenerunt. *Calida* enim *consilia* (Cic. Off. I, 24) sunt temeraria, et praecipitia, et opponuntur prudentibus et astutis. *Schönb.* Duo etiam Ambr. *calidius* habent.

34 Vulgo *committerem.* At Amb. tertius cum Man. Lamb. et Graevio *committere;* rectius; pendet a sup. *quid potest esse calidius, quam committere.*

35 Legendum esse *quod te putem non nolle dici* declarat id, quod sequitur: *Hos ego sermones* etc. Lambin. *Quod te putem nolle dici.* Recte. Nec aliter est in antiquis libris. Nam illa inferiora subiungit Cicero ad Appium consolandum: *hos ego sermones* etc. Quis autem non laborasse Appium credat, si suae cohorti malediceretur? Debet enim, qui provinciae praest, non ipse tantum vacare culpa (ep. XXIX, c. 4), sed suos quoque praestare. *Manut.* Amb. sext. *velle dici.* Mox est in duobus Ambb., in Rec. et ed. Ro. *legatorum tuorum*

quispiam — maledicit; et infra eadem ed. Ro. *quod tamen mihi non m.* Tum *impurius* Martyni-Laguna ante Schützium ex edd. veteribus revocavit; idque habent Ambb. duo et Rec. Vulgo *aut in plures.*

36 Ed. Iens. *qui*, et infra Zel. A *non lacessivi umquam.*

37 Lambinus *aliquem.* Dictum accipio pro *si quem autem.*

38 Notat homines provinciales, qui non eosdem e Ciceronis institutis fructus caperent, quos ex Appii administratione capere consueverant. Huc spectat id, quod sequitur: *Liberalitas tua latius in provincia patuit.* Et illud paullo post: *Non debent mirari homines, me esse acerbum sibi, ut sim dulcis mihi.* Manut.

39 Edd. Ro. et Med. *liberalitas tua in provincia, ut h. n., latius patuit.* Mox recepi *est*, fecique *si angustior est*, ex ed. Lambini; id constructio desiderat, et sequens *etsi* absorbuit. Mox *limavit* bene recepit Victorius ex vetustis codd. Ante illum *elimabit*, vel *limitavit.*

40 Hoc modo loquitur, ne Appium offendat; ut supra, quum dixit *magistratus suos*, hoc est, civitatum, pro *tuos*, scilicet Appii.

41 Vt meae laudi consulam. *Manut.* Haec post Gronovium charactere distinguunt omnes, tamquam ex veteri auctore desumta verba. *Med* autem; *d* epenthetice addita, frequentissime reperiri apud Plautum testatur Muretus Var. Lect. XV, 19. Vide Quint. I, 7, 12. Ante Schütz edebatur *me esse.* Tum *sibi* referebat Cortius ad illos *homines*, quos dixit mirari.

42 Id ipsum epp. CXCV et CCIX, 5. *Collegam*, in auguratu; Prooem. in Brut., et Phil. II, 2.

43 Vt provinciae per biennium ab iisdem obtinerentur. *Manut.* Ceterum Hortensius promisit Ciceroni, se defensurum, ut annuus ille esset in provincia; ep. CCIX, 5.

44 Quo in monte quae gesserit, scripsit ad Caelium ep.

CCXXVI, 2, sed copiosius ad Catonem ep. CCXXXVIII, 1. *Manut.*

45 Rec. et edd. vett. *ad meos*, quod Lallem. ex regiis mss. recepit. *Domum ad me* bene dici vidimus supra.

46 Correxit Schütz: *Arabes, qui fuerunt immissi Parthico ornatu.* Ita enim Caelius scribit ep. CCXXV, 1 extr. *Cassium finxisse bellum, et Arabes in provinciam immisisse, eosque Parthos esse senatui renuntiasse.* Bene, opinor.

47 Quam per legatos absens administrabat, acceptam lege Trebonia in quinquennium. *Manut.*

CCXXIII.

1 Lamb. *etsi multa de re publ.*

2 Sic Graevius, quia Caelius constructionem hanc aliquoties habet, ut in ep. CCII, 1 *ut suum gaudium gauderemus,* et CCLXXX, 1 *tam gavisos homines suum dolorem.* Libri vett. *quo-gavisurum;* tum sequens *habeo* bene putat delendum etiam Ernestius.

3 Hic Rufus, quod habuerit cum Vestorio controversiam, ut infra quoque licet coniicere, vocatur *Rufio Vestorianus;* ep. CLXXXV, 1 et CCLVI, 6. In nullo Ambr. neque in edd. ante Man. et Lambinum vox *Rufum* iteratur. *Mel ac delicias*, ironice scilicet.

4 *Calumniam ferre*, ut *praemium ferre.* Calumniae, seu litis falsae et calumniosae intentatae damnatum; et id suae temeritatis praemium tulisse. *I. F. Gronov.* Tum *maximo plausu*, omnibus approbantibus. Amb. 2 *tulisse, quod is in causa M. Tuccium.* Hoc autem nomen memoratur apud Livium lib. XXXVI, 41. Vide quae de *Tutia* virgine vestale disserit Drakenborchius ad Livii epitomen lib. XX init.

5 Prid. Non. Septemb. celebrantur.

6 Cui statim, aliis iudiciis sepositis, causa esset dicenda; ut erat iudicium de vi; quod unum et diebus festis, ludisque publicis, omnibus negotiis forensibus intermissis, exerceretur, ut ait Cic. pro Caelio, c. 1. *I. F. Gronov.* Causae autem reorum ordinem suum habebant, ut quae tempore prior fuerat, priore etiam loco ageretur. Vid. pro Cluent. 22. Mox codd. Ambb. et Rec. *nemo accidisset.*

7 Quin condemnaretur.

8 Erant, qui subscriberent accusantibus opemque ferrent, ut reus omnino damnaretur. Cic. Divin. in Verr. 15 pro Cluent. 45, et ep. CXLVI, 7. *Manut.* Sic Nepos in Attico c. 7: *Neminem neque suo nomine, neque subscribens accusavit. Descendit*, scilicet in forum; ad ep. CCVI, 1.

9 Eadem ratione, inquit Graevius *occurrere ad vadimonium*, et *occurrere ad horam coenae* apud Sveton., Claud. 8, et Calig. 39. Malim tamen ex ed. Ro. *accurro*, quemadmodum Man. et Lamb. habent.

10 Ita eum oratione exagito, ita vexo, ut Vestorii quoque mentionem faciam. Cum quo negotii quiddam fuisse cognoscitur ex epp. CLXXXV, 1 et CCLVI, 2. *Manut.*

11 Non, fictam rem, quales fabulae sunt, sed quod tamquam fabula rideri possit. *Idem.* Mox pro *beneficio dederit*, scilicet, hoc tibi, tamquam beneficium, a se collatum existimaverit, si quid etc.

12 Libri *si quod* (alii *si quid*) *iniuriis suis esset*, *quod Vestorius teneretur* (edd. Med. et Iens. *teneret*); edd. Ro. et Min. *si quid iniuriis suis esset, quo Vestorius teneretur;* nisi quod illa vitiose *Nestorius*, haec *tenetur* habet. Lambinus *si quid iuris sui esset, ut eo Vestorius teneretur;* vulgo *si quid iniuriis suis esset*, *ut Vestorius teneretur.* Lectionem Manutii, quae propius a libris

abest, reposui, quamque sic ille interpretari conatur: Tibi (Sempronius) pro beneficio dedit, quod Vestorio condonaverit, si quid esset iniuriis suis, idest, si quid esset suo damno suaque iniuria, quod Vestorius teneret: quasi ademtum sibi aliquid, a Vestorio diceret, quod aliqua eius iniuria fieret. Cf. ep. CLXXXV, 1 et CCLVI, 6. Corrad. *si quid in iuribus suis esset, quod Nestorius teneret;* I. F. Gron. *si quid in Thuriis suis esset, ut V. teneret;* Schützius *quod iniuriis suis Vestorius teneret.*

13 Sic melius Schützius, quod et codd. Amb. fere omnes, et edd. Iens. Med. aliaeque habent. Vulgo *quoiquam*, et *cuiquam.* Mox cum Manutio et I. F. Gronov. dedi *maximaque;* scilicet, in maximo odio; receperunt Schütz et Clericus. Vulgo *maximeque — invidiae*, quod tamen sensus non patitur. Neque audiendus Cortius, qui *nobis traditus erat invidiae* eo modo dictum putat, quo dicimus *mihi est honori*, *datur mihi laudi.* *Traditus* autem, intellige defendendus. Oliv. *maxima nobis t. e. i.*

14 Postulationem Pausaniae, explanat Graevius; reum Servilium, rectius Ernestius, quod rei recipiantur, non postulationes. Ed. Ro. *expostulante Pausania.* Tum *quo ea pecunia pervenisset* formula est, de qua in Orat. pro Rab. Post. c. 4.

15 Servilium. *Corrad.*

16 Duo Amb. et ed. Med. *coeptum est.*

17 *Quo vento proïicitur*, qua fama valde commotus est Appius, usque eo, ut eundem Servilium de praevaricatione accusarit. *Minor*, duos fratres Claudiae gentis nominat Pedianus in argum. Orationis pro Milone, filios C. Clodii, qui Pub. Clodii frater fuerat; utrique praenomen *Appio* fuit. *Ex bonis patris*, a patre suo

datam Servilio, eius accusatori, ut praevaricaretur. *Manut. Minor* abest a 13 et ed. Min. Mss. aliquot *implicet de pecunia.*

18 Delenda videtur unitas, ut sint octoginta sestertia. Manutius putabat CCCIƆƆƆ; et profecto illa summa octoginta H-S est nimis parva. Tum *diceret* non convenit τῷ *indicet;* debet esse *dicat.* Sed ego plane delendum puto, et esse a glossatore. *Depositum*, pecuniam intellige apud sequestrem, ut factum in corruptionibus talibus. Vid. Lexic. in *sequester.* Ernest.

19 Hoc est de patre; patrem autem explanat Manutius adoptivum; nam naturalem C. Clodium iam decessisse Pedianus videtur significare, quum dicat: *Qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii* (in argum. Orat. pro Milone). Paullo aliter legit Graevius: *Immo si actionem, stultissimasque de se, nefarias de patre confessiones audisses*, et cum Graevio faciunt Amb. sec., nisi quod *de patris* legit; et tres alii vitiose scribentes *si actionem stultissimam qui de se nefarias de patre*, et duo alii *stultissimam quidem* etc. Ed. Ro. *immo quid si actiones stultissimas, quid si n. patris c.;* ita et Man. et Lambinus, sed sine *immo.* Lectionem tamen vulgatam retinui, quod eam fere esse video librorum omnium, et in altera multa inesse dubia; tantum alterum *quid* reposui.

20 Optime haec explicat Asconius in Verrina III: *Mittere iudices in consilium est dimittere iudices ad sententiam dicendam, ubi allegatis omnibus argumentis, orator dixerit: Dixi. Mittit*, scil. accusator Appius.

21 Qui de repetundis iudicaverant. In causis enim repetundarum lites aestimabantur, ut quantum a reo damnato esset exigendum, cognosceretur. Hinc licet intelligere, accusatum Appium patrem a Servilio de repe-

tundis, eoque praevaricante absolutum. Iudices autem, qui eum absolvissent, numquam omnino accusatum ab Appio minore Servilium damnassent; ne, si praevaricationem crederent, suum de Appii absolutione iudicium damnare viderentur, quem absolutum propter innocentiam videri volebant, non quod Servilius praevaricator causam prodidisset. Stulte igitur Appius minor eos iudices in consilium misit, ut sententias de Servilio ferrent. *Manut.*

22 Quum ex tribus ordinibus, qui res iudicabant, duo Servilium absolvissent, unus condemnasset, universorum autem iudicum aequo numero sententiae fuissent, Laterensis, qui ordines, non sententias respiceret, absolutum credidit, seque eum in tabulas dixit absolutum relaturum. Postea quum in lege reperisset, non ex ordinum numero, sed e iudicum maiori parte, vel absolvendos, vel condemnandos esse reos: non retulit, ut dixerat, in tabulas absolutum, ordinum iudicia perscripsit. *Manut.* Graevius *quid singuli.*

23 Hoc est, sententias iudicum non colligam. Quamquam antiqui moris ignoratio sententiam hanc nobis obscuram facit. *Redigere* enim proprie de pecunia dicitur, ut vidit Cortius. *Redigam*, supple, *pronuntiavit praetor.* Ms. apud Vrsinum *et ad extremum absolutum ait referam;* ed. Ro. *ut solet, ait, non redigam;* Man. *ut solet, ait, referam. Vt solent*, scilicet praetores.

24 Ne vel contra suam pronunciationem, vel contra legem committeret (quum ex pronunciatione absolvendus, ex lege damnandus ei videretur), neque absolutum, neque damnatum in tabulas retulit; scripsit, quid singuli ordines iudicassent. *Manut. Postulante*, ut absolutum Servilium referret in tabulas, ait Ernestius; sed rectius mihi videtur, ut Servilius condemnaretur. Lollius patronus Servilii fuisse videtur.

25 Laterensis scilicet. Ed. Ro. *quum transegisset*, et *transegisset* habent libri fere omnes. Mox verba *et se* absunt a libris pluribus. *Se relaturum*, nimirum absolutum Servilium in tabulas.

26 Qui nec damnatus sit, nec absolutus, praevaricationis tamen nota ex superiori iudicio laesus, tradetur reus de repetundis Pilio.

27 Causam exponit, cur, quum ab Appio et Pilio postulatum Servilium dixisset, unum postea Pilium nominarit. Quod ad divinationem, inquit, attinet, Appius contendere cum Pilio non est ausus, uter accusare Servilium deberet. *Manut. Quum calumniam iurasset*, quum iam accusandi partes suscepisset Appius, essetque professus iureiurando, se accusatorem fore, et sine calumnia accusaturum. Confer Liv. XXXIII, 47, et ep. CDL, 2. *Et ipse*, Appius.

28 Ad calumniandum subornato. Translatio ex militia. *Cellar.* Vulgo *Titio.* Libri scripti et edd. vett. corrupte; Ro. *emissarius Tetio;* ceterae *emissa rustetio.* Neutrum neque *Titio*, neque *Tettio* agnoscit Manut. 1543. Tum libri fere omnes *factus*, sine *est.* Recte, est, inquit Graevius, par bene comparatum, sunt duo egregii adversarii. Nimirum adversarius et reus sunt homines nequam. Dictum *par*, eo sensu quo *par gladiatorum* dicitur Opt. Gen. Or. 6.

29 Dum exspectatur quid de Galliis fieret. *Ernest.* Vide epp. CCX, 2 et CCVI, 3; planius vero ep. CXCII, 2.

30 Scilicet Caesarem.

31 *SCtum* factum, inquit, respiciens ad primum (ex quatuor decretis quae sequuntur), cui intercessum non est; *auctoritates* vero respiciens ad reliqua tria, quibus intercessum est. Vidimus autem non *SCtum*, sed *Auctoritatem* dici decretum illud Senatus, cui tribuni pl. se opposuissent.

32 Hic aliter sumitur *auctoritas;* significat enim nomina eorum, qui praesentes fuere, quum SCtum in aes incideretur, et eius rei testes auctoresque sunt. *I. F. Gronov.* Edd. Ro. Med. Min. plene *senatus consulti a.* Tum Manutius, et idem Gron. *S. C. auctoritates,* sine causa.

33 Erat haec solemnis formula, quam praemittebant SCtis, qua significatur, in sequentium Senatorum sententiam factum esse SCtum, sive iis praesentibus SCtum factum. Vid. Brissonium de formulis. *Graev.*

34 Significatur *tribus Pomtina,* in qua erat Villius Annalis. Sic post nominantur tribus *Quirina, Pup.* Pupinia, *Pop.* Popilia, *An.* Aniensis, denique *Terentina.* Schütz. Ex XXXV tribubus aliquam, ut inquit Pedianus, necesse erat, cuiuscumque esset ordinis, civis Rom. obtineret. Is autem ostendebatur a praenomine suo, a nomine (nomine autem familia significatur), a patris praenomine, a tribu, a cognomine; ut Phil. IX, 7 *Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus.* Lemonia enim tribus est ablativi casus; ut sit *ex Lemonia,* ut inquit Asconius. *Manut.*

35 Ed. Ro. haec a seqq. distinguit interposita voce *SENATVSCONSVLTVM.* Recte, opinor; ut enim superiora inscribuntur *auctoritas,* ita et sequentia voce *senatusconsultum* distingui debent.

36 Idest, de ea re ita censuerunt; Phil. VIII, 4. Supra *V. F.*, verba fecit, scilicet, retulit; et infra *S. Q. C.* Senatusque Consultum (ut habet ed. Ro. diserte); et inferius *S. C. A.*, idest, Senatus Consulti Auctoritas *Lambin.*

37 Scilicet designati in annum proximum.

38 Ab Amb. 13 et edit. Ernest. abest *ex;* melius meo iudicio; sed alii viderint. Immo in nostris fere omnibus et in aliis vitiose haec scribuntur *a. d. ex. Kal.* vel *a. d. ex X Ka.* unde Iac. Gronovius corrigebat *a. d. IX Kal.,*

et Manutius *a. d. ex Kal. Mart.*, vel potius *Ex a. d. Kal. Mart.*, locutionemque *ex ante diem*, pro *ante diem* exemplis allatis ex ep. LXXII, 1, Varr. R. R. I, Liv. XLV, et Colotiano lapide *ex a. d. V. K. Dec. ad pr. K. Ian.* defendit; et Kalendas Martias designari, non *X Kal. Mart.* tuetur ex sup. *ut eum decedere post Kal. Mart. placeret*, ex seqq. *neve quid prius ex Kal. M.*, et ex ep. CCCXXVI, 2, *consuli finienti provincias Gallias Kal. Mart. restitit.*

39 Sic ep. XCIII, 1, *postulatum est, ut Bibuli sententia divideretur.* Vide Indicem in *dividere.*

40 Per quos lege Pupia Senatus haberi non poterat; ep. XCVII, 5.

41 Sic et infra in simili. S. C. formula *quibus eorum, quos eorum*, ut monuit iam Ernestius; et sic est in omnibus nostris, sec. excepto, qui, ut vulgo, *eorum qui.* Tum putavit Ernestius verum, quod Manutius volebat, et Schützius postea recepit, *eos* pro *sex* rescribi debere. Nam quid sibi voluissent *sex* illi? an multo frequentiorem fecissent Senatum? Alii *sexaginta*, et Schütz *in iudicibus essent, CCC adducere liceret.* Tum quia non CCC, sed CCCLX ex ordine Senatorio per illud tempus iudicabant, ut monet ad hunc locum Schützius, ex Velleio II, et Plutarch. in Pompeio; melius rei consulere videtur Amb. 15 qui numerum omittit.

42 Si quid ferre, si qua rogatione lata opus esset, explicat I. F. Gronovius. Similis loquendi formula apud Caes. (Bell. Gall. I, 42): *Vt praesidium amicissimum, si quid opus facto esset, haberet.* Cf. Probum et Livium XLIV, 17. Schützius tacite: *Si quo — lato opus esset. Ad populum ad plebemve*, ad populum ferre dicebantur consules et praetores, ad plebem tribuni plebis, qui ius convocandi patricios non habebant. Vides *populum* a

plebe distingui, ut primus omnes sive patricios, sive equestres, sive plebeios, comprehenderit, altera plebeios tantum homines. A Zel. A abest alterum *ad;* tum ed. Ro. *ad plebemve referri opus e.*

43 Inter eos scilicet, sive consules sint, sive praetores, tribunique pl., quibus referre opportunum videretur; sic paullo supra: *qui eorum.* Corradus ex Probi notis suspicabatur legendum: *quod eis v.;* nec fortasse inscite; sequitur enim *quod ii non tulissent.* Vulgo *tribunique pl.* etc. sed enclitica *que* melius abest ab ed. Ro., aliisque. Mox suspicor esse mendum in verbo *referrent*; rectius Olivetus *ferrent;* nam infra est *tulissent*, et iterum *ferrent.*

44 Vulgo editur *L. V.*; sed quid significet expediri non potest. In Sigonii libro fuit *I. N.;* unde Manutius coniecit scribendum *I. N.*, idest *Intercessum;* Benedictus *I. V.* et interpretatur *Iidem Viri*, Ernestius testatur in ms. Gorl. esse *III*, in alio *I, II,* dubitatque an fuerit numerus SCti. Magis tamen cum Schützio placet, quod Weiskius statuit *I. N.* significare *Intercessit Nemo.* In tribus Amb. et edd. Ro. Iens. aperte scriptum est *I. N.* vel *i. n.*; in 13 et edd. Med. Min. nullo relicto spatio omnino hae literae desiderantur, in sec. informes hoc modo *I II,* quemadmodum fere Ernestius; in aliis omnibus ipsa epistola, et fere totus octavus liber Caelii desideratur. Manutius rescripsit *S. C. A.* Lambinus *S. C. auctoritas.*

45 Ex Ernestii correctione, quia infra statim est *stipendia emerita, aut causas — habeant.* Sic et Ambr. 12 habet a pr. manu. Vulgo *habent.* Infra Ambr., aliique et edd. ante Ernestium *quominus de R. P. Q. P.*, vel *de re pu. Q. P.*, Manutii et Lamb. *de re publ. quam primum.* Singularias literas *Q. P.* potes etiam interpretari cum Corrado et Cl. Invernizzi *quid placeret.* Illas omisit

etiam Gebhardus, qui tamen negligentiae recte a Graevio notatus fuit.

46 Cur non *senatusque consultum?* Quia *Senatus*, *us*, an *Senatus*, *i* faceret, ipse Quintilianus nesciebat, I, 6, 27. Plures tamen mss. *senatusque* habent. Mox Man. et Lambinus omiserunt *prohibuerit*, quorum alter etiam *qui impedierit*, *eum senatum existimaturum* edidit.

47 Idest, perscribi id, quod in praesentiarum visum est senatoribus, quibus tribunus pl. aliquis intercesserit, et senatorum illam voluntatem ac iudicium alias ad senatum referri, ut solemne SC. fieri possit.

48 Est e correctione Vrsini. Conf. ep. CCVI, 2. Msti codd. *Vicinius*; sed Vicinia gens nulla. Tum sequens nomen integrum est in quatuor Ambb., at in sec. *Corn.*, in 14 *Cornu*, et in 15 *Corni*; ex quo non inepta videri potest Iac. Gronovii observatio legentis ex libris *Cornificii*. Cornelium hunc plebeium hominem dicit Manutius, quum tribunus pl. fuerit.

49 Sic Ernestius. Msti et vulgo *sunt*. *Qui eorum*, pro *de iis*, *qui*. *Emerita*, emeriti stipendia milites, sive veterani dicebantur, qui per tempus praefinitum militassent. Tempus autem videtur fuisse pro militia pedestri vigesimus, pro equestri decimus annus; Tacit. Ann. I, 78; Liv. XXVII, 11; et Schweigh. ad Polyb. VI, 19, 2; Couture, les Soldats vetérans in Ac. des Ins. et B. Lett. tom. 4 p. 281.

50 Vacandi a militia, ut morbum, infirmitatem, valetudinis, aut aliquam rei domesticae difficultatem. Immo *causa* dictum fuit ipsum morbum, et *causarii*, milites morbo laborantes. A multis libris abest *aut*.

51 Vt exauctorentur honesta missione. Hoc addiderunt, ut veteranos Caesaris, in quibus praecipue vires erant, ab eo alienarent. *I. F. Gronov.* Mox Ambb. 2 et 12,

aliorumque libri aliquot *causamque cognoscant*, vel *cognoscat.*

52 Sic cum vulgo Amb. 15; alii omnes *intercessisset*, quorum etiam plures infra cum Zel. A, Graeviano et edd. Med. Min. *et de ea re ad hunc ordinem referri;* quod placebat Iac. Gronovio. Cur enim ad populum?

53 Praetorias provincias recenset Manutius, Macedoniam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Sardiniam cum Corsica, Bithyniam cum Ponto, Cretam, et Mauritaniam, cuius pars Iubae, altera Romanis paruisse dicenda est, quum Caesar (Bell. Civ. I, 6) scribat: *ad Senatum refertur, ut Faustus Sulla pro praetore in Mauritaniam mittatur.* Difficultas oritur ex eo, quod Cilicia, quam consularis vir, ut Cicero erat, administrabat, in hoc decreto, quod de provinciis praetoriis erat, includatur, ac proinde inter praetorias numeretur. Difficultati occurrit ipse Manutius, aitque, provincias consulares appellari, in quas consulares viri, praetorias vero in quas praetorii mittebantur. Fuisse autem potestatem senatui, et aliquando tribuno etiam pl., quos vellet, in provincias mittendi, sive consulares sive praetorii fuerint; idque defendit ex oratione de Provinciis consularibus, et pro Domo. Sed si quis adhuc quaerat, cur praetoria nunc fiat, quae consularis antea fuerat, administrata per annos aliquot a tribus consularibus Lentulo, Appio et Cicerone, respondet iterum Manutius, hoc a Pompeianis astuto consilio factum, ut consularium provinciarum numerus, una exemta, fieret angustior, eoque certior spes esset adimendi Gallias Caesari, quum duas tantum consulares provincias lege Sempronia decerni per senatum oporteret (pro Domo 9; de Prov. Cons. 7; Caesar. Bell. Civ. I, c. 6). Consulares autem hoc anno, si Ciliciam demas, tres tantum numerat idem Manutius, Hispanias, Gallias

et Syriam (nam Macedonia, post Q. Ancharium praetorium, praetoria fuit); quarum primam iam Pompeio in alterum quinquennium, ut Dio, (XL, 44) vel quadriennium, ut Plutarchus ait, datam. Ed. Ro., Man. Lamb. *inque octo*, vel *VIII r. p.*

54 *Eos qui — eos sortito*, alterum ex his haud dixerim abundare; distantia enim facit, ut recte positum existimem ad resumendum sensum. Amb. 15 *eos sortitos.*

55 Nullus nostrûm τὸ *ex* agnoscit; primus Graevianus illa omnia *ex SC.* omittit.

56 Octo praetores Ciceronis tempore erant, qui inter se unius anni collegium faciebant. Superiore anno aliud collegium praetorum, et sic deinceps. *Primum* autem est, quod proxime antecessit. *Cellarius.* Hinc *proximum*, pro *primum*, quomodo loquutus est infra, malebat Manutius.

57 Novem, qui proficiscerentur in octo provincias praetorias, et unam Ciliciam, quae hoc anno regebatur a Cicerone consulari. *Manut.* Initio membri Lamb. *Si ad numerum ii non e.*

58 Vt confiderent homines, velle Pompeium potentiae Caesaris obsistere, contra quam antea fecerat: nam anno proximo tert. consul contenderat, ut decem tribuni pl. legem ferrent, ut absenti Caesari consulatum petere liceret: quod antiquis legibus interdictum erat. *Manut.*

59 Scribe, *quum diceret;* nam *ut* nullo modo hic locum habet. *Ernest.*

60 Hoc est, subornaret tribunum pl., qui SCto intercederet. *Graev.* Itaque dixit Pompeius, unum idemque esse quod ad Caesarem, parare intercessorem, et senatui obsistere. Ed. Ro. *senatu dicto*, Med. *senatus dicto.*

61 Duo, quae se invicem destruebant, quaeque tamen, inquit Manutius, ipso Pompeio III consule pro Caesare

pugnante, populus iusserat. Mox *clementer*, h. e. leniter et placide. Opponi enim a Cicerone vidit Manutius *clementer et iracunde* lib. II, c. 4 de Fin.

62 Quod esse turpissimum nemo negabit. Tale igitur quiddam Caesar committet, si et consul esse, et exercitum retinere volet. *Manut.*

63 Ambb. quat. cum edd. Ro. Med. Graevii *alterammutram*, ut ep. CCCLXXVI, 2. Mox recte Weiskius legendum putat *vult Caesarem*, scilicet vult Pompeius, ut Caesar descendat. *Maneat*, scilicet in Gallia prorogato ultra decennium imperio, et proinde consul non fiat. Quod si illum a Galliis revocare vellent Pompeiani, alteram ille conditionem ferebat, ut scilicet consul designaretur. Vtraque conditione imperii perpetuitatem petebat Caesar, quia si privatus fieret, ob res in suo consulatu actas (epp. XLII et seqq.) sibi timebat.

64 Ernestius ex mstis Gu. Gor. et edd. Med., Asc. *sua ratio;* et ita est in nostris omnibus et in edd. Ro. Iens. Mox Ern. corrigebat *designari possit*, ut *possit* respondeat τῷ *habeatur;* ed Ro. *designari petierit.*

65 Adolescens (ep. XXXIV, 1). *Contra eum*, sc. Caesarem.

66 De rep. scilicet, et senatu; vide quae de illo diximus initio ep. CLXVI.

67 Suo dono Africanarum pantherarum fecit, ut nunc ludis supersedere non possim. Curarum ergo onus imposuit, ut belluarum numerum compleam (ep. CCXI, 3), et ludos edam *Cellar.* Ergo *eas* in seq. membro intellige pantheras. Amb. 13 *suo nomine.* Supra vox *Curio* abest ab edd. Man. et Lambini, et videtur inculcata a sup.

68 Lamb. *Africanas.* Tum *potuit* est pro *potuisset*, ut requirebat praec. part. *si.*

69 Vid. ep. CCII, 2 et CCXI, 3.

70 Hoc uncis inclusi, quod glossema esse bene monuit Weiskius, et sustulit Schütz. Deest autem epistolae CCLXIII, 2.

71 Erat enim ex ea syngrapha exigenda pecunia. Vide ep. CCVI, 4. *Graev.*

CCXXIV.

1 Cod. Rec. *M, Cicero procos.*

2 Sic vulgo, et sententia absolvitur seqq. illis: *Et quum gratulor, tum vero quibus verbis* etc. ut vidit Manutius; quod quum aliqui non animadverterent, correxerunt *plurimum.*

3 Tum aedilitate, quam adeptus es, tum etiam reliquis honoribus, qui aedilitatem consequuntur. Praetura enim biennio post aedilitatem dabatur, consulatus biennio post praeturam. *Manut.* Infra libri nostri quinque, tum aliorum plurimi *ignorantia;* sed vulgatum tuetur Victorius.

4 Vulgo *in his;* sed haec duo facillime in mss. permutantur.

5 Eo modo factus sis aedilis, ut nobis in repulsa Hirri dederis, quod ridere possimus. *Quemadmodum scripseras*, epist. CCIII, 1: *Si fio — tota vita risus nobis deesse non poterit.* Mox *quem — ridere possemus*, Hirrum, de quo scribitur ep. CCXI, 1 quod post repulsam risus facit. Schützius de sententia Martyni-Lagunae edidit *quae — ridere* etc. cum qua correctione etsi facere possunt illa ep. CCLXIII, 1: *si qua ridenda essent ridere tecum;* tamen hic mutationis necessitatem non video.

6 Te aedilem designatum, Hirrum deiectum. *Manut.* Mox *ille ipse*, scilicet Hirrus; et quum dicit *ille ipse* alludit ad personam in comoedia Caecilii. Mox placet, quod legitur in Amb. 3, Rec. et Zel. B *quem dico.*

7 Repraesentavi, cogitatione ipsa mihi ante oculos posui Et statim *adolescentes, quos — iactitat*, iactare solitus est: quod fecit aedilitatem petens; quum diceret, se gratiosorum in suffragiis adolescentum opera aedilem futurum, ep. CLXXVIII, 1. Iuventutem ostendit in suffragiis plurimum posse. Proprie enim adolescentum gratia est, virorum auctoritas. *Manut.* Aliquae edd. *iactitabat.*

8 Quae de illo cogitavi exponere non facile possum. *Manut.* Mox *contemplans* vidit Manutius non esse, quo referatur, et deesse verbum poëtae, quum Cicero locum non expleverit, ut interdum solet. Amb. 13 *quam rem egeris.*

9 Versiculus est Caecilii; eiusdem sunt, qui postea sequuntur. *Schütz.* Quod sequitur Rutilius emendabat: *quod praeter opinionem*, et *quia* additum superne putabat a glossatore, quasi *quod quia* significaret, non *quae res*, et verbum *referebam* esset complementum τῦ *contemplans*, et τοῦ *acciderat.* Nec aliter ms. Recalc. *quam egeris — feceris, quodque praeter* etc. *Ad illud*, nimirum, ad illud poëtae. Amb. sec. *hoc factum.*

10 Et hoc eiusdem poëtae est, quem opinor esse Caecilium Trabeam comicum, de quo lib. II, c. 4 de Fin. *Manut.* Martyni-Laguna et Schützius *laetitiis laetus* ex loco cit.

11 Est versiculus non totus Trabeae poëtae comici. In Tusc. IV, 15 integer est, sententia eius certe non desideratur: *Vt ille, qui voluptatem animi nimiam summum errorem esse arbitratur.* Victorius. *Hominum nimiam* Rivius, *homini n.*, vel *habui nimiam* aliquot libri habent, sed omnes errare Lambinus, locus Tusculanarum, et, quod potius omnibus est, orationis contextus declarat.

12 Stultus ut ille. *Manut.*

13 Rec. et Zel. B *nactus otii.* Mox Zel. A *Te vero mirifice diligo.*

14 Clodianorum. Recole epp. XXI et seqq. *Invidorum*, C. Hirri, et aliorum. *Corrad.*

15 Hoc ad Hirrum, *scelerum* ad inimicos pertinet. Vidit Corradus.

CCXXV.

1 Hic quaestor, interfecto M. Crasso, reliquias legionum conservavit, et Syriam in pop. Ro. potestate retinuit; et postea proquaestor has literas scripsit. Hic etiam postea in Caesarem coniuravit. *Corradus.* Cf. cum ep. CCXIV, 1.

2 Terminum imperii Ro. *Manut.* Vulgo olim *Euphratem.* Cf. ep. CCXIV, 1.

3 Scilicet populi Ro., non Ciceronis. Significat autem Syriam.

4 Confer cum sequentibus *si paratior ab exercitu esses*, et paullo inferius *haec exiguitas copiarum*: ex quibus patet *paratus* hic pro *imparatus* esse accipiendum, quod et Lambinus legere volebat. Ernestius suspicabatur excidisse *parum.* Sed nihil opus. Monet enim Manutius sic dici, quomodo *tantum bellum* pro parvum. Mox *tumultus* quid differat a bello vide in Philipp. VIII, 1. Tum nostri ad unum omnes, cum aliis quibusdam et edd. ante Man. et Lambinum *dignitatis tuae.*

5 *Haec* abest a tribus Amb. et Rec., infra est *istic status*, et iterum *istic bellum*; sed video Manutium ad ep. CCLXI, 3 adiectivum *haec* tueri exemplis allatis *hoc tuo tempore*, non *isto* ex hoc loco, et *haec ambitiosa festinatio* ex ep. DCCCXXVI.

6 An probaturus sis hominibus, ut credere possint, te compulsum necessitate recessisse, et copias habuisse tam exiguas, ut Parthis resistere non potueris. *Graev.*

7 Amb. 15 *te tetigisse;* tres alii cum Rec. et ed. Med. *te attigisse.* Sed *tangere* et *attingere* utrumque Ciceronianum. Cfer Verr. I, 10.

8 A quatuor Ambb. et a Rec. abest vox *Pompeium;* non ita male. Ed. Ro. supra *alius enim P. ab urbe mittendum* etc.

9 Non poterat enim privatus mitti ex Senatus consulto, sed rogatione ad populum. *Anonym.* Atqui et ipsi magistratus ex SCto mittebantur, ut animadvertit Ernestius. Hinc *ex SCto* idem est hoc loco atque ex solo SCto. *Privatos*, qui scilicet in praesenti nullum gererent magistratum.

10 Scilicet ad exercitum contra Parthos. Vid. ep. CXIV, 1 in not.

11 Subaudi *administranda.*

12 Id est, sed honeste velant sive negligentiam, sive inertiam, sive metum suum moderationis specie, scilicet nolendo, hoc est, recusando provinciam. *Latent*, ut *ad consules* referretur, dedit Ernestius ex edit. Rom. et recipiunt recentiores. Msti libri et nostri et aliorum *latet.* Porro *negligentia* voluntatis est, inquit Graevius, inertia etiam inscitiae; ep. DCCCLVII.

13 Apud populum Rom., apud quem, ut Manutius ex Plutarcho in Bruto monuit, male audiebat avaritiae nomine. Mox Amb. 13 *Cassius veniebat*, 14 *C. devenerat.*

14 Graeca terminatione. Amb. 12 *Arabes.* Tum multi libri *in provincias.*

15 Assentando gratificatus. Vt enim vela navium ad ventorum adspirationes aptantur; sic orationem saepe nostram ad aliorum voluntatem accommodamus. *Manut.* Sic I in Rullum c. ult. *honori velificari suo. Alicui* autem intellige potissimum Cassio. Amb. 15 *belle gratificatus.* In fine membri Amb. 3 *tacuisse.*

16 Duo Consules (ad ep. CCXVII, 1). Ideo dixit supra, *nihil agi posse* se videre ante coss. novos. In ed. Graevii est *Servium;* nescio qua auctoritate. Potest ad *nosti* referri, ut monuit Ernestius, sed potuit etiam variare constructionem Cicero.

17 Idem Graevius *hos esse* ex correctione Rutilii; sed *hos* si refertur ad *consules*, ineptum est, si ad alios, nescio qui sint. Nos *hoc* cum Ernestio retinuimus, et explanamus: cuiusmodi putas hoc negotium de successione provinciarum futurum, aut quomodo fieri poterit, ut consules conficiant id, quod nolint, si id, quod cupiunt, frigide agunt?

18 Sic Amb. 15 et edd. omnes vett., quae est forma Ciceroni tralaticia. Vulgo *sin autem non erit.*

19 Tribunum plebis designatum, ep. CCXXVII, 1 et in not. ad ep. CCXXIII, 4. Infra Man. Lamb. *deinde*, *ut aliquid*, et inferius *quodvis q. t. munusculum.*

20 Paullus Aemilius cos. designatus (ep. CCXVIII) non relinqui vult Caesari provinciam, dure adversus illum loquitur. *Cellar.* Pro *porro* malim quod nostri fere omnes et edd. Ro. Med. habent *quoque.*

21 Tribunus pl., ep. CCXIV, 2 extr.

22 Tres Ambb. Rec. et edd. Med. Min. *non certo cerno.*

23 Multa temporis progressu accidere non praevisa possunt, multaque secus contingere, quam praedisposita erant. Sic Schütz ex Asc. 1 et Med. Illi suffragantur nostrorum quatuor, Rec. et edd. Min. et Scinzenceller, legentes *et p. mutare te scio perspicere.* Belle respondent seqq. *quaecumque acciderint.* Ambb. 2, 12 et edd. Ro. Iens. *et praeparata multa esse scio;* ut vulgo, si *esse* demas.

24 Edd. Man. et Lamb. sine *ad;* rectius fortasse. *Actiones Curionis*, scilicet Curio aget etiam, ut ager Campa-

nus dividatur ante Caesaris adventum e Gallia. Qua de re in ep. CXLVIII, 3.

25 Schützius delevit *nolle*, quod absit a cod. Manutii, et post *valde* intelligit ex antecedenti *laborare*. At Manut. et Lamb. *valde velle*. Nihil moveo. *Negant nolle* significat *dicunt velle*, quod rei optime convenit. Si deleas *sed*, quod abest a tribus Ambb. et edd. Med., explanari potest: *Illud addo — Pompeium valde nolle*, quin opus sit ex nota sup. expungere cum Man. et Lamb. τὸ *ad*.

26 Multi libri *accessum*, Amb. 15 *discessum*; sed vulgatum rectius, idque habent edd. Med. Min.

27 Edd. Ro. Man. et Lamb. *nequid amplius*. Rem vide in epp. CXCV, CXCIX extr. aliisque.

28 Abundat τὸ *est* ex sup. *tui consilii est*.

CCXXVI.

1 Hoc Manutius et Corradus in codd. repererant. Vulgo *Tu vide quam ad me*. Schütz. Amb. 15 *Tu vide quam timide literae ad me non perferantur*; Rec. *quam timide quam ad me n. p.*; Zel. A *quam timide perferantur*, *imo quam ad me literae non perferantur*.

2 Ambb. 3, 13, Rec. et Zel. B *effectus es*.

3 Res magnae gratulationis erat, quia de te, id quod sperabam, acciderat: de Hirro autem, quod non putabam, idest, ut tam turpiter aedilitatis repulsam ferret. *Min-Ellius*. Respondet autem illis verbis ep. CCVI, 2: *Spero te celeriter et de nobis, quod sperasti, et de illo, quod vix sperare ausus es, auditurum*. Corrad. *De Hillo*, Hirrum intelligit, quem Caelius ep. CCXI, 1 risit. *Hillum* autem vocat more balborum, qui linguae vitio *r* literam exprimere nequeunt, et pro illa *l* proferunt. Sub-

dit enim statim: *balbus enim sum.* Vidit Victorius. Mss. *de nihilo*, quod Manutius primus in *de Hillo*, ut edidi cum omnibus fere VV. DD., Guliel. *dein Hillo*, ut dedit Ernestius et nuper Cler., Benedictus *de illo* mutarunt.

4 Quod non perferantur. *Min-Ell.*

5 Sic ludit, quia sequitur *rem* et *redire:* quasi balbi ad rem redire metuant, quod pronuntiare non possint. Terent. Adelph. II, 1, 3. *I. Fr. Gronov.*

6 Hoc refertur ad id, quod Caelius ep. CCX init. scripserat: *Si hoc moderari possemus, ut — quantum gloriae triumphoque opus esset assequeremur — nihil tam esset optandum.* Schütz.

7 Sociorum populorum, idest Galatarum, Pisidarum, Lyciorum, quos nominat ep. CCLXIX, 2. Nam Deiotarum cum omnibus suis copiis ad eum venientem certiorem Cicero fecit, *non videri esse causam, cur abesset a regno;* quod ad Catonem scribit ep. CCXXXVIII, 1 a med. *Manut.* Rem diserte narrat etiam epp. CCXXII, 3; CCXXVIII, 1. Olim *exercitum abduxi*, Pal. sec. *deduxi*, Zel. A *duxi.*

8 *In ore omnium est. *Qui urbem*, servavit ab insidiis Catilinae, *quem Senatus*, decreto laudavit honorificentissimo. Vidit Manutius.

9 Vt ad Syriam ab una parte, ad Ciliciam ab altera pertineret, defluentibus aquis distributus. Sic ep. CCXXVIII, 1. *Manut.* Supra *Bibulo*, Syriae proconsule; infra *Cassius*, vide epist. sup. init. *Antiochia*, urbe Syriae principe. ep. CCXIV, 1. Vulgo *Antiochea. Reiecerat*, vide epist. CCXXVIII, 1.

10 Certum hostium numerum esse oportuit, quo caeso imperatoris nomen consequerentur. *Manut.* Sic *iustissimus triumphus* dicitur ep. DCLV, 3 et *iusta itinera* ep; CLXXXV, 1.

11 Argute, pro *legisti* apud Clitarchum. *Manut.* Mox *ad infestissimam*, latrociniis.

12 Zel. A *quintum et vicesimum*; Rec. *vigesimum*.

13 Sic plerique mss. Idem placuit I. F. Gronovio, et recepit Benedictus. Vulgo *opibus*. Schütz. *Nisi nomen oppidi*, nisi ut Pindenissenus appellaretur, ut Scipio Africanus ab Africa devicta, aliique.

14 H. e. ad consules Praett. Tribb. pl. Senatui, ut est ep. CCXXI.

15 Abest *id* a Zel. B.

16 Alii *serius* (ut tres Ambros.); sed nihil mutandum. Nam *spisso*, praeter densitatis notionem, etiam tarditatis est, ut exemplis probavit Nonius Marcellus. *Cellar.* Et, quoniam *spissis* liquida opponuntur, factum est, ut *liquido* pro *facile* veteres usurpaverint; epp. DCCXV a med. et DCCCIV. *Manut.* Paullo supra videtur legendum *quamprimum ut mihi succedatur*, vel si *primum* verum est, habet sibi respondens *illud — ne quid mihi t. p.*

CCXXVII.

1 Sic ep. CCXXIV init. *In iis enim sum locis* (in Cilicia), *quo et propter longinquitatem, et propter latrocinia tardissime omnia perferuntur.*

2 Ambb. fere omnes, et Rec. *ut moderere*, quemadmodum ep. CLXXXVIII, 2 a med. *ut subvenias, ut — dices;* et infra Amb. tert. a 2 man. *nec te a.* Abstrahant in alias partes. *Aliorum*, puta M. Antonii.

3 Amb. 3 *audias*, et infra 15 *cui scribo.*

4 Amb. 15 *temporis.* Tertius et Rec. omittunt *id.*

5 Nihil igitur novi cogitandum exitu rerum incerto. Timet Curionis multiplex ingenium, nequid in rep. novi moliretur, spe alicuius boni proposita; quod et facere

solebant tribuni pl., et fecit ipse Curio, cuius turbulentus in primis et seditiosus tribunatus pl. ep. CCXLII, 3 et CCLVII, 4 tangit noster. Infra Zel. A *varietatis in vita.*

6 Ambb. tres *non nihil novi;* alii quatuor *cura et cogitatione nihil novi.* Ex hac scriptura, quae pariter est in aliquot Dresdd., sic locum Benedictus constituit: *sed, amabo: te cura et cogitatione nonnihil novi.* Sed τὸ *nonnihil* repugnat superioribus. In seq. membro Ambb. omnes cum Graevio *et te adhibe;* sed *et* bene delevit Ernestius, quod absit ab ed. Med.

7 Est in tribus Pall. totidemque Ambb. *alter*, quod tamen non convenit seqq. Zel. A *alter — quam tu tibi;* nihilo melius. Tum decimus sec. *dare possit consilium*, decimus tert. *c. d. p.*

8 Nostrorum plerique et Rec. *cur ego absum;* male.

9 Sic Ernestius ex ms. suo et edd. 1469, et Med., et sic duo Ambb. Vulgo *iam etsi*, quod seqq. *sed tamen* non aptum est. Tum *hoc* refertur ad *consilium;* sed durius est; hinc Schützius praeeunte Martyni-Lag. edidit *hic.* Quintusdec. *iam etsi hoc mihi deest.*

10 Procul dubio *mea* est e glossa, ut iam vidit Ernestius; Schütz delevit. Item *rem gessimus* pro vulgato *rem publ. gessimus* recepit idem Ern. ex vet. ms. Vrsini et ed. Med.

11 In Amano monte; ep. super. 2; Pindenissum tamen, sunt verba Manutii, non aestate, sed Saturnalibus, idest XIV Kal. Ian., in suam potestatem redegit, quod Attico scripsit ep. seq. init. Verum res aestate gestas appellat, quod *aestiva* vocarentur, quaecumque aestate coepta essent, licet ante hiemem non perfecta. Sic ep. CCXLIX, 4. *Aestiva confecta*, non nisi Pindenisso capto, significat; quum tamen deditio Pindenissi Decembri mense facta sit. Vellei. II, 105 *perducere aestiva in mensem Decembrem. Aestas* idem est hoc loco, ac quae *aestiva*, Italis

la campagna, dicuntur, quae modo mature, modo tarde finitur, prout plures, vel paucae sunt res gerendae, et prout caelum, et regio fert, in qua bellum geritur.

12 De pontificatu, quem petiit et obtinuit, patre mortuo, ut in eius locum subrogaretur. De patre mentio fit in Orat. de Harusp. Resp. 6; de filio apud Dionem XL, 62. *Manut.* Mox recte Victorius *quamquam;* mss. aliquot *quamque difficili* etc. et infra nostrorum plerique *Thrasoni.*

13 Abest *item* ab Amb. sext. Infra secundus *quidpiam mihi* etc.

14 Quum iam tribuni plebis iussi essent, et Curio nonnisi in locum damnati Servii tribuni pl. successerit; ep. CCVI, 1.

15 Ambb. tres et Rec. *tum adolescente et gratiosissimo;* alii *a. etiam g.* Vulgo *tum adolescente g.* Correxit iam Schütz.

16 *Senaticonsultum* recentiores; ἀρχαικῶς. Illud ex edd. pr. restitui. *Leges*, quae de provinciis scriptae sunt. *Ernest.* Sic ad M. Marcellum cos. ep. CCXVII, 1: *Nequid accedat temporis ad id, quod tu mihi et senatus consulto et lege finisti.* Amb. omnes cum Rec. *ut et s. et leges.*

CCXXVIII.

1 Idest XIV Kal. Ianuar. Mox *Pindenissae*, incolae oppidi Pindenissi, de quo infra. Hinc Gronovius *Pindenissaei*, et Lamb. *a Pindenisso* oppido faciendum contendit *Pindenissitae*, quod vestigia librorum suadent legentium *Pendentissae*, vel *Pindentissae.* Tum Amb. 16 *dederunt;* idemque cum aliis et edd. priscis *sept. et quinquagesimo die.*

2 Interiectio irascentis. Sic Terentius Phor. IV, 5, 11:

Quid tua (malum) id refert?

3 Sic Balliol. cum Amb. 16. Sed *faciam* sine dubio est e glossa, ut iam visum Ernestio. Tum sequens *num* rescripsi cum Schützio, quod vestigia mss. Amb. 17 et Helm. et Aldi Vict. legentium *non*, et Amb. 16 cum edd. pr. habentibus *nunc* vel *numquam* suadent. *Vulgo quid ego faciam? Potui.* Quae sequuntur sic Graevius explanat: Num potui facere, ut de Cilicia fieret Aetolia, aut Macedonia, in quibus omnia erant celebria et illustria, quum Ciliciae loca sint obscura et ignota?

4 Vict. *cognosces.*

5 Duo Ambb., et edd. Iens. Min. et Victorii *celebritate.*

6 Schütz de Ernestii sententia edidit *ieramus*, quod meri hic sint plurales. Corrupte libri passim *quae erant.*

7 Mongaltius, Wielandus et Mabilius ita locum interpretati sunt, ut nihil aliud significare dicant, nisi Ciceronem honorificis in provinciales verbis effecisse, ut dei pristinis iniuriis ab Appio acceptis (epp. CCVIII, 1 et CCIX, 6) obliviscerentur. Hanc utique explanationem accepisset et Schönbergerus, si Cicero addidisset *ex memoria*, vel *ex animis;* itaque locum ipse sic interpungit: *perillustres fuimus honorificis verbis. Omnes* etc. et provocat ad ep. CCL, 5, quum ait Cicero: *nullos honores mihi, nisi verborum, decerni sino.* Ad me quod attinet, hoc magis placet.

8 Sic edd. Iens. et Aldi. Vulgo *et Synnadis t. P. q. d. Iconii* etc. Lambinus ingeniose, si minus vere: *superioris quadriennii. Apameae q. d. morati, Synnade t., P. q. d., I. decem F. egimus*, h. e forum egimus; ex Corradi coniectura.

9 Edd. Iens. Aldi, Vict. Lamb. *ad castra.* Vide ep. CCXII.

10 *Venissent* corrigunt ex ingenio Ernestius et Schützius. At non semel venerunt nuntii, sed iterum et pluries, et *venirem* bene cum *seq. perrexi* coniungitur.

11 Inserui *et* auctoritate Ambrosiani quintidec. Vulgo *ut Armenius.* Rem vide ep. CCXIX init.

12 Vncis inclusit Ernestius, delevit Schütz. Edd. vett. scribunt *Cibustra*, h. e. *Cibystra.*

13 Hae sunt illae angustiae, per quas ex Cappadocia patet aditus in Ciliciam, quarum iter vix quaternos capiebat armatos (eas eleganter et accurate describit Curtius III, 2), non illae Amani, quae Ciliciam dirimunt a Syria, ut sentire videtur vir summus. *Graevius.*

14 Libri multi *in aquarum divortio*, vulgo *ima a. d.* sed *in* non habent edd. Iens. Aldi Lambini, neque locus epistolae CCXXVI, 2 *mons — divisus aquarum divortiis*, et *ima* conflatum est a librariis, qui *in* corrigere aliquo modo voluerunt. *Hostium*, vide ep. CCXXVI, 2.

15 Edd. Min. Aldi Lamb. *cecidimus*; bene.

16 Mos fuit Romanis exercitibus, ut *Imperatoris* titulo salutarent ducem simul atque cladem aliquam insignem hostibus intulisset. Dignus enim imperio putabatur, qui recte *imperare* posse, victoria parta, docuerat. At qua victoria, quot hostibus caesis? Appianus (B. Civ. II, 44) ait sua aetate, hoc est Traiano, Adriano et Antonino Pio Impp., nimirum saeculo a Christo nato II, hunc honorem nemini concedi, nisi ei, qui X millibus hostium caesis praeclaram victoriam de victo fugatoque hoste retulisset. Sed tanto numero necesse non erat Ciceronis aetate. Phil. XIV, 5. At si quis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille aut duo millia occidisset, non eum hac consuetudine, quae increbuit, imperatorem appellaret Senatus. Gland. et Hot. ad Caes. B. Civ. II, 26. Confer ep. CCXXVI, 2 et Caes. B. Civ. III, 31, Obiter notandum

non esse idem *imperatorem appellari*, et *triumphum agere*. Tullius imperator quidem appellatus fuit, triumphum tamen non egit, quod patet ex epp. CCCXXVI, 2; CCCLXVI, 3; CCCLXXII, 1; aliisque. De triumpho vid. Pison. 25. Mox edd. Iens. Min. et Lamb. *paucos post dies*. Infra *Issum*, vide ep. CCXXVI, 2.

17 Scis enim dici quosdam *panicos*, quosdam *inanes* et *vanos belli rumores*. Haec verba tuentur Schützius, et Schöenb. aptiorem locum habere post illa, quae supradixerat, *quum graves de Parthis nuntii venirent*. Edd. priscae sorores cum Lambino *Interim, scis enim* — πολέμου, *rumore adventus nostri* etc., idemque Lambinus infra *a quo A. tenebatur*. Vel hoc, vel *Antiochiae* legendum.

18 Dio XL, 28: « Barbari enim ab ea non abstinuerunt, « sed maiori deinde cum manu, nomen quidem ducis « gerente Pacoro, Orodis filio, tum adhuc puero, re- « vera autem duce Osace, in Syriam profecti — ad An- « tiochiam usque profecti sunt. » Eadem de morte Osacis refert Orosius VI, 13.

19 Mustaceum erat libi genus ex musto. Cato de R. R. 121: « Mustaceos sic facito: Farinae siligineae modium unum « musto conspergito, anisum, cuminum — et de virga « lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri « folia subtus addito. » Bibulus ergo cum laurum viridem in triumpho sperare non posset, laurum aridam in mustaceo quaerebat. Vide Erasm. Adag. IV, 9, 87.

20 Idest strenuum inter militares sui ordinis, sive etiam speciei illius, ex qua ipse erat. Constat enim tria in quaque legione fuisse militum genera, Triarii, Hastati, et Principes.

21 Straboni est Πινδένισσος; de eius oppugnatione vide ep. CCXXVI, 2. *Eleutherocilicum*, liberorum Cilicum.

Eos ita dictos ab ea Ciliciae parte, quam qui incolerent sua aetate Ἐλευθερῖται sunt appellati, notat Sthephanus. Vide Spanhemium *Orbis Rom.* apud Graevium in Thesauro Ant. tom. XI, col. 113 et ep. CCXXXVIII, 1.

22 Edd. Iens. Minut. et Aldi *ex nostris*.

23 Hoc est tertio Saturnaliorum die. Sic enim loquebantur. Vide Gronov. ad Liv. XXX, 36. *Ernest. In tribunali*, tribunal castrense proprie erat suggestus editior ex cespite constructus, in quo sella curuli posita imperator aut ius dicebat, aut exercitum alloquebatur. « An « ergo, inquit hic Ernestius, talem epistolam in tribu- « nali sedens scripsit? Immo distinguendum post *scri- « bebam*. In tribunali facta est auctio. » Sic etiam distinguit Schützius. Itaque *in tribunali* intelligendum est in loco propter tribunal, in quo facta est auctio. Alii aliter interpungunt. Schönb. *Mancipia vaenibant Saturnalibus III quum haec scribebam. In tribunali* etc. Tum priscae edd., Romana excepta, *H-S ccxx*.

24 E glossa esse *quam omnia* suspicatur Schütz.

25 *Ligurino* sine dubio mendosum est. Fortasse Cicero scripsit λιγυρῷ τινι μώμῳ, cum respectu ad Thersiten illum Homericum Iliad. II, v. 246. Sunt, qui Catonem designari putent, sed cur ille *Ligurinus* dicatur, nemo expediverit. *Schütz.* Alii Hortensium notari putant; quem vero adeo pronum ad alios vituperandos fuisse, ut cum Momo comparari posset, nusquam legimus. *Schöenb.*

26 Edd. Aldi, Lamb. *nec tamen*.

27 Splendida scilicet, quae de Ariobarzane (ep. CCXIX) sequuntur. Inepte edd. Min. et Aldi *haec sunt* λαμπρά.

28 Recte iam Malaspina haec verba *atque etiam — fore* ex ingenio huc retraxit, in codd. omnibus post illa *paene dixi quam te* collocata. Illum sequuti sunt omnes praeter Iac. Gronovium. Tum *Brutum abiectum — excitavi*,

rem Bruti desperatam apud regem Ariobarzanem (ep. CCLII, 3) restitui.

29 Schütz ex ingenio *est tanti*.

30 Intelligit senatus consultum Marcello cos. referente factum (ep. CCXXIII, 3 et 4), quo senatus voluntas aperte significabatur de successore Caesari mittendo. *Manut.* Melius *iucunda de C.* Tum *quae tu speras*, scil. Caesarem obtemperaturum. *Salvi sumus*, e provincia decedemus.

31 Graviter fero de incensa Plaetorii domo: sed eo minus molestum est, quod adusta simul est propinqua Leii domus, hominis non amici. Aut sic: Eo minus moleste fero Plaetorium condemnatum, quod ex appendice iudicii Plaetoriani vocatus est Leius in iudicium, *quo ea pecunia pervenerit*: ut Rabirius ex damnatione Gabinii. *Manut.* Posteriorem sensum praeferunt interpp. *Seius ambustus* rescripsit Ernestius pro vulgato *Leius adustus*, quod *Leius* nomen nuspiam occurrat, et *ambustus* sit in hac re proprium et perpetuum verbum.

32 Q. Cassio Longino, Caii, percussoris Caesaris, fratre, qui A. V. C. DCCIV cum Antonio et Curione Caesari contra Pompeium studuit; ep. CCCI, 2. Contentio igitur Lucceium inter et Cassium fuit, quod alter Pompeio, alter Caesari faveret.

33 Virilem togam, quam sumebant, praetexta deposita anno XIV finito, ep. CCLII, 9. *Iubeor*, a fratre meo, sororis tuae viro. *Manut.* *Puram*, h. e., sine purpura; graecis ἀπόρφυρον. Mox edd. pr. usque ad Vict., Romana excepta, *iubebo dare*, et dabat revera per ministros ad tribunal, ut animadvertit Ernestius. *Diligentius*, quam scilicet pater eius. Frenis egebat puer; ep. CCLII, 9.

34 Nomen *Deiotarus* unus liber Turnaesianus apud Lambinum habet, idque recte abesse iudicavit Victorius. Satis

enim eum designari putabat illis verbis *cuius auxiliis magnis usus sum.* Verum excidisse rectius dixerim incuria librarii, ab antecedenti *diligentius* decepti. Illa autem *cuius auxiliis* etc. subiunxit Cicero, ut consuetudinem suam cum Deiotaro indicaret, idque ad explicandum, quod sequitur, de Ciceronibus. De his ad ep. CCXIV, 3.

35 Scilicet ab Epiro, ubi praedia habebat Atticus, ep. I, 7.

36 Alter cum Nicanore Attici servus, amanuensis. At *meus Alexis* infra, intelligitur Tiro, qui apud Ciceronem id ipsum munus obibat, quod Alexis apud Pomponium Atticum.

37 Castigavit Victorius; libri nonnulli *Phameo.* Victorius locum etiam explanavit. Phemius cantoris nomen est apud Homer. in Odyss. I, 337, et Plutar. in lib. de musica; ponitur que pro omni musico et cantore, quemadmodum et apud Ovidium Amor. III, 7, 61:

Quid iuvat ad surdas si cantet Phemius aures.

Quem autem per Phemium intelligat obscurum est.

38 Ep. CCI, 2.

39 Vid. ad ep. CCLVI, 6. Rem ignoramus. Pammeni nomen occurrit in Bruto 97, et Orat. 30. Libri aliquot inferioris notae *Pammenis.* Infra edd. pr. *ratione avellatur.*

CCXXIX.

1 Sic in Orat. pro domo sua c. 9: *Literas in concione recitasti, quas tibi a C. Caesare missas diceres:* CAESAR PVLCHRO, *quum etiam es argumentatus, amoris esse hoc signum, quum nominibus tantum uteretur, neque adscriberet* PROCONSVL, *aut* TRIB. PL. Vidit Victorius ad ep. CCCLXXIII (Fam. V, 19).

2 Amb. 15 *esset.*

3 Suos sales vocat *salinas* a salinis, ubi sal fit (Plin. XXXI, 7), atque hoc, quia dixerat *possessio.* De salinis, hoc est, de iocis Ciceronis est integrum caput 3 lib. II Saturn. Macrobii.

4 In Ciliciam profectus. *Corrad.* Mox *Sextiana*, quae Cicero indignatur, utpote frigida. Cuius autem Sextii fuerint, non consentiunt interpretes. Ernestius et Manutius illius esse dicunt, quem Cicero oratione, quae exstat, defendit; quia ex epist. XV coniicere licet, eum fuisse facetum. At nihil in ea epistola invenio de Sextianis salibus. Melius Victorius suspicatur, illum fuisse, quem Catullus deridet, atque e cuius scriptis tanto affectus est morbo, ut vix in agellum confugiens se liberare potuerit; Carm. XLIV, v. 19, 20. Libri aliquot *Sestiana.* Tum *pateris*, scilicet mea dici, inter mea dicta annumerari.

5 Sic latinitate postulante post Lambinum Ernestius. Olim *nonne defendis?*

6 Lamb. *nihil sit tam.*

7 Vncis inclusa videntur ab interpolatore adiecta, qui in nomine erravit. Nam locus de ridiculis, Orat. II 58 et seqq., non per *Antonii*, sed per Iulii Caesaris personam tractatur. *Schütz.*

8 Questus erat Volumnius, dominari in iudiciis, absente Cicerone, homines infantissimos. *Manut.*

9 Omni cura et studio, ope quasi praetoris. Interdictis enim praetorum tuebantur possessionem facultatum. Cic. I, 10 de Orat. *Graevius.*

10 Fortasse excidit nomen *Curionis.* Schütz.

11 Curionem; ep. CCXXVII, 1.

12 Amstel. *est enim, ut scis, mihi.* Nostror. quinque *est enim mihi ut scis.*

13 Dicit hoc propter iniquam aestimationem rerum suarum; ep. LXXXVIII, 4. *Manut.*

14 Quoniam coepisti. Sic omnes fere libri, tum Ambb. tum aliorum vett. Vulgo *quando instituisti*, Graev. *quum i.* Est in tribus nostris, et Gu. 2 apud Ernestium *quomodo instituisti*, quod non est contemnendum. Idem Ernestius coniiciebat *ut instituisti.*

15 Rec. et edd. vett. *et video.*

16 Primum *et* omisit tacite Graevius. Bene. Sed et alterum *et* delendum erat: *cohortare, confirma, redde.* Ernest.

17 Amori illius erga me. *Manut.* In aliquibus Ambb. *quod q. desit.*

CCXXX.

1 Quem et *praetorem Ephesium* vocat alibi. Confer cum duabus epp. seqq. Mox Rec. *procos.*

2 Multi libri *Gemicilio* ex similitudine literarum *mi nu* in mss. Immo etiam *Aulo G.*

3 *Te* suspectum fuit etiam Manutio et Ernestio. Cicero semper *commodare alicui.*

4 Hic sumitur pro illa Asiae parte, quae est ad Hellespontum. Vid. Indic.

5 Hellespontiam: ne in Ephesina διοίκησει (Ephesus enim primaria urbs erat eorum, qui Asiae provinciae praeerant, ep. CCI, 2 et CCXXXII) incommodo suo litigare cogatur. *Manut.*

CCXXXI.

1 Sic libri fere omnes, et sic latinitas postulat. Item duo Amb. et Rec. *mihi quando.* Vulgo *quum mihi.*

2 Sic Victorius, graecam declinationem sequutus, non sine libris. Alii *Mylasii et Alabandenses;* Amb. 13 et Rec. *Mylesii*, Lamb. *Mylasei.*

3 Hos mavult Cicero, quam legatos, quia hi tantum petere aliquid possent, non de iure decernere. *Schönb.*

4 *Dare hypothecas* est res immobiles creditori obligare, ut multis docet cl. Salmasius de modo usur. c. 12. *Commissae sunt*, hoc est, possessiones, quoniam ad diem solutum debitum non est, venerunt in potestatem creditoris, ut illas possit vendere. *Hypothecae* enim *committi* dicuntur, quae cessante solutione debiti creditoris fiunt: sic *merces commissae* dicebantur, quas apud publicanum non professi erant, quaeque hanc ob causam amittebantur. Vide eundem Salmas. ibid. c. 14. *Idem.*

5 De possessionibus oppignoratis decedat, easque venales permittat.

6 Quos ex agris colligunt. *Manut.*

7 Edicto praetoris, de quo cfer ep. CCL, 8 et CCLII, 4. *Decreto*, senatus. *Depositam habuisse*, nam tunc cessabant usurae; vide ibi. Paullo infra Amb. 15 *Cluvio instituto conserventur.*

CCXXXII.

1 Vide epp. CCI 2 et CCLIV.

2 Lambin. *quam*; et mox Amb. 15 *petentibus negassem.*

3 Ab ipso M. Anneio, qui istuc venit; ep. CCLIV. *Corrad.*

CCXXXIII.

1 Bithyniae, in qua urbs erat Nicaea, a qua *Nicaeenses* sunt dicti. *Corrad.*

2 Male, puto, Ambb. plures *instituit.* Mox edd. Ro. Lamb. *erudito et studioso.*

3 *Igitur* abest ab Amb. 13 et Rec.

4 Graevius *ut quam plurimum pecuniae.* Se correxisse Ernestius ex ed. Med. dicit: id erat iam apud Lambinum.

CCXXXIV.

1 Amb. 15 *ut.*
2 In provinciam. *Manut.*
3 Quia tibi alios quoque commendo; ut Q. fratrem. *Sarciam,* remunerabor officia tua. *Manut.*
4 Ambb. 3, 12, 15 *quam.*

CCXXXV.

1 Tiberius Claudius Nero, de quo ep. CXLVI, 7. Matrimonium Tulliae, inquit Manutius, Ciceronis filiae, hoc ipso tempore videtur expetisse; nec recusavit Cicero; sed quos homines ea de re ad uxorem et filiam miserat, ii Romam venerunt factis cum Dolabella sponsalibus; ep. CCLXXVI, 1.
2 Vide ad ep. CCXLIV, 3.
3 Nysa haec Lydiae Maeoniae urbs, opulentis et claris civibus celebris. Vide Strabonem X. Fuerunt autem plures huius nominis urbes, de quibus Stephanus de Vrbibus. *Graev.*
4 Civitates enim exterae patronos suos Romae habebant. Confer not. 24 ep. XXVI. De Off. I, 11.
5 Manut. *nec.* Tum nonnulli libri in seq. membro: *Id tum gratum.*
6 Plus ex ista provincia petit Tiberius, quam ex nostra, magisque in illa conspicietur, quam hic, ubi assecutus est sane, quae potest adolescens. Vel, valde conspectum te facit, et illustri loco ponit haec provincia: vel, quam celsus et potens es, quum adolescens summo genere natus, ingenio florentissimo, sanctis et priscis moribus, in tua provincia peregrinatur, et per te producitur atque ostentatur, digna ipso gloria, apud avitos familiae

clientes: ut DCCCVII. *I. Fr. Gronovius.* Sic ep. XXIX, XIV extr. ad Q. fratrem: *Quoniam theatrum tuis virtutibus est datum* (Asiam intelligit) *celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum* etc. Mox *non ut haec nostra* ut insititia reiiciebat Ernestius, cui facile assentitur Schützius. Tum *ad* idem Ern. addidit verbis *adolescentis — commendationem.*

7 *Sed* natum est ex litera *s* verbi praecedentis addita sequenti; malim *et.*

CCXXXVI.

1 *Operae* sunt ministri societatis publicanorum. Sic operae Clodianae (ep. XIX 6, et LXXXIX, 1) ministri Clodii. *Magister societatis* est unus ex sociis, qui Romae societati ita praeerat, ut socios cogendi, de negotiis referendi, rationesque (ital. *i conti*) curandi potestatem haberet. Vnde Plancii patrem dixit Cicero *maximarum societatum auctorem, plurimarum Magistrum. Scriptura* autem est vectigal e pascuis publicis, quod publicanis, qui illud redimebant, pendebatur (pro leg. Manil. c. 6). Qui tandem *operas pro magistro dabat in scriptura,* is tamquam magistri vicarius in provinciis erat, et promagister. Confer cum ep. CDV, 1.

2 Sic libri fere habent, et latinitas postulat. Vulgo *quum.*

3 De Graecis mentionem facit, quia, opinor in provincia Silii plures degebant Graeci, ut in ora maritima Asiae; ep. XX, 1.

4 Supra *Hipsone*, hic et infra *Hipsonem* nonnulli libri habent.

5 Bithynia, ut ep. CCXXXIII.

CCXXXVII.

1 Publicanos, qui Bithyniae vectigalia redemerant.

2 Rec. *Tamen ii q. r. agitur, quum.*

3 Multa, ut *commendationes, benivolentiam, operam, pretium, laudem,* adeoque pro *dare alicui;* quod est *gratificari;* ep. DCXLV. Dicitur absolute etiam infra ep. DXI, Quintil. XII, 1 22. Cum nomine C. Nepos Att. 9. Contrario sensu aeque praecise ponitur inter alia *invidere.* Cortius. Tamen Ernestius et post eum Clericus addiderunt *multum,* feceruntque *multum semper l. t.* Tum Lambinus *idque pro magnis.*

4 Correxit Schützius *prima est et maxima.* In vulgata lectione iure offendit Ernestium vocabulum *pars;* itaque uncis inclusi. Sed etiam *societas, societati, societate* ad satietatem sunt inculcata. Ceterum, inquit Schütz, *ordine* non de ordine equestri (nam omnes publicani equites erant), sed de dignitate, qua haec societas ceteris antecellebat, intelligendum. Tum tacite idem Schütz *et ordine ipso et h. g.*, contra libros. Lall. *o. i. et h. g.*

5 Plures erant publicanorum societates, quibus ex singulis societas Bithynica socios adsciverat. *Lallem.*

6 Quia Magister est in ea societate. *Manut.*

7 Cives rom. a tribu ostendi soliti, quae quidem tribus plaerumque in antiquis et lapidibus et libris, prima tantum syllaba scripta legitur. Hinc *Men.* est Menenia tribu. Vide Man. ad ep. CCXXIII, 3. *Graev.* Ern. *Menenia,* Lamb. *An.*, h. e. *Aniensi.*

8 Quaestor enim in Sicilia fuerat Cicero. *Manut.*

CCXXXVIII.

1 Vticensi, ut ep. CCXII.
2 Tanta fuit Catonis auctoritas ob singularem eius integritatem, ut, quae illi placerent, ea demum et recta et honesta omnes dicerent. Argumentum illud insigne est, quod narrat Cicero ep. CXLII, 7 et CXLI extr. *Manut.*
3 Id ipsum ep. CCXXVIII init. *Laodiceam prid. Kal. Sext. venimus;* et ep. CCXIX init. *Et propter anni tempus,* ut ante hiemem geri aliquid posset, quemadmodum Manutius explanat. Quae sequuntur paullo diversa vide ep. CCVIII, 1 et CCXXVIII init.
4 Ad ius dicendum; vide ep. CCXXII, 1 circa fin. et fusius ad CCVIII, 2. *Acerbissimis tributis*, vide epp. CCVIII, 1, CCIX, 6 et CCXXII, 1 med.
5 Quod vere non debebatur. Erat enim contractum ob solutionem tributorum, quibus liberatae civitates, aere simul alieno liberatae sunt. *Manut.*
6 Apud Iconium; epp. CCV, 2 et CCXXVIII, 1.
7 Sic post Manutium Schützius; cf. ep. CCXII init. Vulgo *coepissem Kal.*, in quo litera *m* voravit numerum *III* ob eius similitudinem.
8 Epp. CCXXII, 3 et CCXXVI, 2.
9 Ep. CCXIX init.
10 Ep. CCXIV, 1.
11 Ep. CCXIX ante med.
12 Sic de Manutii sententia Schützius et Schönb., quod et libri aliquot habent. Aptissime. Aliud enim est *praesentia*, aliud *magnitudo animi et consilii.* Alii *praestantia*, alii *praestanti*, alii *praesenti magnitudine;* Ernestius ex emendatione *praesentis m.*

13 De beneficiis a Cicerone in hunc collatis agit fuse ep. CCXIX med.

14 Vel uxoris, vel matris Ariobarzanis. Vide Manutium.

15 Comanorum sacerdos Archelaus (Rab. Post. 8). Eius sacerdotis potestas quae fuerit, ostendit Hirtius de Bell. Alex. c. 66: *Comana vetustissimum et sanctissimum in Cappadocia* (in confinio Cappadociae, Ciliciae et Armeniae, in convallibus Antitauri.) *Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut Sacerdos eius Deae maiestate imperio et potentia secundus a rege, consensu gentis illius habeatur.* Sacerdotes huius templi, et Reges Cappadociae saepe ex eadem gente erant, ut videre est apud Hirt. loc. mem., et Strabonem l. XII.

16 Ed. Ro. et Lamb. *omnino iis;* alii olim *et sociis.* Schütz ex ingenio *et socius iis.* Mox Amb. sec. *conari aliquid* v.

17 Regia auctoritate et potestate solidata, firma et stabili effecta.

18 Quae firmissima in exercitu manus erat; ep. DCCCIX init. *Manut.* Instituta primum a P. Scipione sic dicta fuit, quod circa Praetorem seu Imperatorem tam in castris, quam in praelio semper esset. Per bella civilia aliae accessere cohortes praetorianae, ita ut unus imperator plures haberet. V. Festum in *Praetoria cohors*, et Lipsium de Mil. Rom. lib. II. Dial. 4. Mox *Epiphaneae*, oppidum Ciliciae, non Syriae. Vide Plin. lib. V, c. 24. Aliqui scribunt *Epiphaniae*, et Graevius etiam *Antiocheam.*

19 Sic Graeci cum Hebraeis, pariterque Latini verborum vim augere solent. *Cortius.* Itaque *desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum* Vulgata Luc. XXII, 15 et *timuerunt timore magno* ibid. II, 9 sunt huiusmodi.

20 Cassio insequente; ep. CCXXVIII, 1 post med. *Bibulum*, Syriae proconsulem.

21 Syriae et Ciliciae. *Corrad.*

22 Alii *Tulleius*, ut pro *Anneius* alibi libri *Annius*; cf. ep. CLXXXVII, 2. Tum supra, alii *quum lucesceret.*

23 *Eranam*, *Sepyram* et *Commorin*, obscura vicorum potius, quam urbium nomina, ut ait Manutius, quas Cicero iactat, ut se magnas res gessisse ostendat. Locum constituit Victorius ope Medicaei. Olim *interclusi reliqui fugerunt. Amani autem, quae* etc. Mox τῷ *repugnantibus* vel excidit *incolis*, aut quid simile, vel de sententia Lambini corrigendum *repugnantes.*

24 Apud Issum; ep. CCXXVI, 2. Quum his locis Alexander vicerit Darium, victoriae monumenta statuit tres aras in ripa Pinari amnis Iovi, Herculi, et Minervae sacratas. Curt. III, 12. *Funcius.*

25 Hi *Tibarani*, sive *Tebarani*, nam et sic veteres scribunt libri, quinam sint, nondum eruditorum industria potuit indagare. Nam *Tibareni* supra Armeniam, vicini Mossynaecis et Chalybibus, longissime ab hoc tractu sunt remoti. *Graev.* In fine super. membri Ambr. tertius dec. *in potestatem m. venirent.*

26 Adde ep. XXXI, 1. *Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus*, ipso teste. *Cort.*

27 Hoc nec ad Caesarem, ut Corradus, nec ad Antonium, Ciceronis in consulatu collegam, ut Manutius putabat, pertinet; sed potius, ut iam Victorio visum, ad Lentulum Spintherem. Nam quum is ob res prospere gestas imperator appellatus esset (ep. CXXV extr.), dubium non est, quin de supplicatione ei decernenda in senatu actum sit. *Schönberg.*

28 Hoc potissimum ad Lentuli studia in Cicerone exsule revocando (ep. XCII, 3) pertinere videtur. *Schütz.*

29 Nulli togato, praeter quam Ciceroni, contigit, ut supplicatio decerneretur. Supplicatio enim non nisi ob res

in bello gestas concedebatur. Concessa autem Ciceroni fuit ob conservatam in coniuratione Catilinae rem publ. Vide in Pison. 3; Phil. XIV, 8, pro Sulla 30.

30 P. Clodium; ep. XXI; LXXXIX, et alibi.

31 Inter Milonis patronos Catonem Pedianus nominat, eumque ait studuisse in petitione consulatus Miloni, et reo adfuisse, nec dissimulasse, bene actum esse cum re publ. morte P. Clodii. *Manut.*

32 Ambb. tres, Rec. et ed. Med. *quis enim de te id non f.* et 15 *q. e. id in te n. f.* et infra iidem Rec. et Amb. *omnique varietate l.*

33 Supplicationis. *Corrad.*

34 Galliam, quam in concione deposuit; epp. XIV, 2 et XXVI, 2; Phil. XI, 10; in Pison. 2. *Spem — triumphi*, triumphare poterat e Salassis, sunt verba Manutii, et inalpinis gentibus, quae pop. Rom. non parebant. Cum iis bellum gessit et Metellus Celer (ep. XIII), et D. Brutus, ep. DCCLXI.

35 Auguratum. *Idem.*

36 Exsilii. *Corrad.*

37 Male Ernestius addidit pronomen *ego* (fecitque *ego meam* etc.) sine mss. Aptius hoc quoque Catoni tribuitur. *Clericus.*

38 In P. Crassi locum. *Corrad.*

39 Vt, si quam antea, pulsus in exsilium, dignitatis iacturam fecisset, honore novo sarciret; ep. CCLXXVI, 5 *Amicorum literae me ad triumphum vocant, rem a nobis — propter hanc παλιγγενεσίαν nostram non negligendam.* Ita fere *Manut.*

40 Inane, indignum. *Cortius.*

41 Zel. B *etiam illud animadvertisse mihi videor*; Rec. *i. c. animadvertisse m. v.*

42 Epp. CCVII et CCX, 1.

43 Cyprus, quia lege P. Clodii profectus in eam insulam Cato A. V. C. DCXCV regis Ptolemaei maximam pecuniae vim in aerarium contulit: Cappadocia vero, quia eius regem Ariobarzanem vehementer diligebat. Mos autem fuit, ut quorum opera natio aliqua in populi Rom. potestatem venisset, eorum in clientela perpetuo esset. Vide Manutium.

44 Manutius legendum putabat *illustriores*, sed Ernestius vidit hoc referri ad formulas illas *iusta victoria* (ep. CCXXVI, 2) *iustus triumphus* (ep. DCLV, 3). *Schütz.* Male paullo supra tres Ambb. *g. virtutis adiunxerim;* et infra statim unus *orationi meae.*

45 Mittam, tamquam legatum, qui mea causa te oret. Paullo infra edd. aliquot *a deis.*

46 Otio et desidiae, forum remp. aciem opponit. *Aciem* autem pro summa contentione posuit. *Manut.* Sic de opt. gen. or. 6: *In acie versatur et ferro.* M. Cicero et Cato primi locos graves ex philosophia in iudiciis et concionibus adduxere; vide prooemium *Paradoxorum.*

47 Negavit tamen; epp. CCLXVI; CCLXXXIV, 4 et CCXCIII, 6. *Manut.*

CCXXXIX.

1 Eorum etiam, qui ex familia vestra in alias adoptione transierunt. Designat maxime Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum, de quo ep. XCII, 1. *Manut.*

2 *Generis*, idest gentis. Ex gente autem Claudia erant. *Nominis*, familiae, ut videtur. Edd. Ro. Iens. *nominis ac generis.*

3 In me ornando, ut ex infra dictis intelligitur.

4 Multi libri *sit.*

5 Quas publice misi; ep. CCXIX.

6 Vide *allegem* not. 45 ad ep. sup.

7 C. Marcelli auguris; ep. CCXVI. Male vulgo additur inscriptioni DESIGN., quum filius hoc anno consul fuerit. Eam vocem post Lamb. et Schützium eieci auctoritate omnium Ambb.

8 Patruelis, M. Marcellus; ep. CCXVII. *Corrad.*

9 Vterque consul, magis tamen Paullus, Ciceroni studuit in supplicatione decernenda; vide ep. CCLXVII, 1. *Manut.*

CCXL.

1 Scil. mihi numquam fuit dubium, quin te populus Ro. consulem facturus esset; ut dixit in ep. CCXVIII.

2 Studiis et officiis. *Reditum*, ab exsilio. *Manut.*

3 Eas vide in epp. CCIX; CCXXI; CCXXVI, 2; CCXXVIII, 1-2 et praecipue CCXXXVIII, 1.

4 Amb. 6 et edd. Ro. Iens. *honorificentissime*, quod Benedictus e codd. Dresd. 2, 4, 5, Lips. Torgav. recepit.

5 *Ipse* opponitur seq. *te oblitum.*

6 Supplicatione, ut ep. sup.

7 Ep. CCXIX.

8 Hanc lectionem omnium fere Ambb. et edd. pr. recepit etiam Schützius ex codd. Dresd. 2, 5, Torg. Lips. et Benedictus. Vulgo *omniaque spero.*

9 Absens supplicationem, praesens triumphum. *Manut.*

CCXLI.

1 Nihil, eo mihi amico per te facto, lucror. De M. Fabio ep. CCXLV.

2 Libri scripti *summam suam*, edd. pr. *summam eius*, quod latine rectius est. Sed illa varietas indicat a glossatore esse utrumque, et commode abest. Itaque delevi. Sic bene Ernestius.

3 Graevius *quod ab eo egregie diligeris*. Vulgata lectio est a Victorio, *te* tantum omisso, quod tamen est in omnibus libris scriptis, ab Ernestio reposito. In seq. sententia multi libri scr. et edd. pr. *quamquam profecerint*.

4 In Cilicia; quum ad urbem redires. *Cellar.*

5 Temporum; annorum scilicet quatuor a profectione Crassi (ep. CCXIV, not. 3) in Parthos.

6 Sic libri ad unum omnes tum scripti, tum excusi veteres; quod forte rectius dictum ipse tuetur Clericus, quam vulgatum *quum*.

7 Commodo epistolarum.

8 Schützius *scilicet ille fructus*, nimirum auctoritate Gu. 1, ed. Med. et Ernestii. Id habent etiam Recalcatus, et ed. Lambini, et tamen commode etiam abest.

9 Libri *est et is quidem*, et infra *et feci antea.*

10 Ambb. 2, 12, 15 et edd. pr., Ro. excepta, *si quae*. Mox *onera tuorum*, quae sunt? Opinor, inquit Manutius, vel propinquus aliquis Cassii, vel amicus, qui cum eo fuisset in provincia, pecuniae contra leges captae, aut ereptae accusabatur; qui si damnatus esset, manifestum praeiudicium fuisset in Cassium. Amb. 6 *opera tuorum*. Infra, libri multi *prope nihil*, iam a Manutio mutatum.

11 Populo gratum atque acceptum. *Cort.*

12 Ep. sup. Ab Amb. 15 abest *nostrum*. Tum *Curio*, *Furnius*, uterque tribunus pl., epp. CCXIV, 2; CCXXVII et CCLXVII, 1-2.

13 Clodianis, quum in exsilium Cicero pulsus est. *Manut.*

14 Cum M. Bruto, cuius tu sororem Iuniam tertiam habes uxorem. *Corrad.*

CCXLII.

1 Illum ipsum Ciliciae olim proconsulem, ad quem sunt epp. CLXXXII, CLXXXIII; CXCI; CXCIV; CCV; CCXXII aliaeque.

2 De maiestate; quamquam et de ambitu postulatum esse, absolutumque utroque crimine significant epp. CCLXV, et CCLXXV, 1. *Manutius.* — *Non ea*, h. e. non eo odio hominum factus est reus Appius quo factum iri existimaveram hominem maxime sontem: non ita approbantibus et gaudentibus hominibus. Mox Ambb. fere omnes, Rec. et ed. Med. cum I. F. Gronovio *sane non ea.* Tum Lambinus corrigebat, Cellarius et Schütz receperunt *qua existimaveram. Quam* recte pendet ab *existimaveram.*

3 Ep. CCLXI, 1. Dicitur autem postulationem abiecisse, quia triumphare volenti urbem ingredi non licebat.

4 Est a Victorio et Graevii primo. Nostri omnes aliique mendose *retulit;* ed. Ro. *sustulit.* Appius scilicet.

5 Simultates Ciceroni cum Appio (ep. CXLVIII, 4), inimicitiae vero fuerunt acerbissimae cum eius fratre P. Clodio. *Simultas* autem et mediocre odium est, et simulatione tectum. *Manut.* Alii *simultates — fuissent;* ed. Ro. *si simultas t. n. fuisset.*

6 Hoc est, si cum eo egeris, ut stricto et severo iure agere deberes. *Summa veritas* hoc in loco est id, quod de Off. I, c. 10 *summum ius* appellat, quum ait *summum ius, summa iniuria.* Vidit Gronovius. Manutius et Lamb. *summam severitatem.*

7 Ed. Minutiani *parum simplex et parum candide.*

8 Partem scilicet mitiorem erga Appium; *hanc* dixit, ut opponeret *parti* illi, quae de summo iure antecessit. Similis locutio occurrit pro Rosc. Amer. 20: *in eam par-*

tem potius peccant, quae cautior est; et pro Mur. 31; ad Att. epp. CCCLXIV et DCCXXXIII et alibi.

9 Intellige cum Dolabella; quae tamen nulla adhuc erat; sed per prolepsin dictum accipe.

10 Primum postulabat accusator a praetore, ut sibi liceret nomen deferre; ubi permiserat, constituebatur dies. Postquam is dies venisset, deferebat accusator nomen, idest, petebat, ut adversarius reciperetur in reos. Medio igitur tempore uxor nuntium remisit Dolabellae. *I. F. Gronov.*

11 Scilicet de Dolabella, eiusque divortio, et de Ciceronis consilio Tulliam Dolabellae despondendi. Amb. 14 *decedens mandaris*, ut ep. CXCII init.

12 Ed. Ro. *et si res;* Lamb. *ut si res;* et infra eadem ed. Ro. *sed expectes.*

13 Sic primus edidit Manutius, quem Lamb. et ceteri postea sequuti sunt. Vulgo et msti *denique*, quod hic ineptum est. *Ne qua* adverbialiter pro *ne aliqua ratione*, ut Phil. VI, 3, et Virg. Aen. I, 686 et alibi. *Si emanarit*, si res, h. e. matrimonium tuae filiae cum Dolabella emanarit in vulgus.

14 Demonstratio, indicium tuae voluntatis, hoc matrimonium tibi placere. Infra legerim *clarius — fiet*, scilicet manifestius vulgabitur matrimonium. Potest tamen *fiat* pendere a sup. *ne.*

15 Dolabella. *Corrad.* Alii *neque enim ille.* Mox *suae spei*, sperabat Dolabella fore, ut Appius damnaretur; et affinitatis suae cum Cicerone famam suis consiliis opportunam videbat. *In negotio conficiendo*, de damnatione Appii.

16 Edd. vett. *esse sciret.*

17 Vt auctoritatem gratiamque tuam ad Appii salutem conferas. *Manut.* Paullo superius Amb. 13, Rec. et ed. Med. *et putant.*

18 Sic est in codd. Dresd., Graeviano, Amb. 13, 14, aliisque; eamque lectionem defendunt I. B. Titius, Bengelius, Benedictus, ac nuper Schützius, et explanant: Hic nos omnes reos absolvimus, omninoque omnia foeda et molesta tuta ac munita sunt. Alii *confecta*, *conscripta*, vel *concepta*; unde Manutius *conficta*, Pantagathus *coëmta omnia foeda*, et Lamb. *confecta omnia foede et inhoneste s.* corrigebant. Supra ed. Ro. *omnes eum absolvimus.*

19 Ironice, quia nullum adhuc SCtum fecerunt. *De feriis latinis*, supple habendis, de quibus in Ind. Lat.

20 Hoc est, transit sine ullo motu, aut singulari actione, quasi frigore devinctus et immobilis sit. *I. F. Gronov.* Cf. cum ep. CCLVII, 3.

21 *Tabernarii* sunt, qui cibos vendunt in tabernis; *aquarii* vero servi ad aquarum et aquaeductuum curationem adhibiti. Fortasse autem hi publicas aquas in privatum usum convertebant, et Caelius, cui utpote aedili curuli aquarum publicarum cura demandata erat, ipsos exagitabat. Frontini verba de Acqueductibus lib. II, col. 1652 apud Graev. Th. Ant. R. T. IV, opportune ad hunc locum affert Manutius: *Causa est fraus aquariorum, quos aquas ex publicis ductibus in privatorum usum derivare deprehendimus; sed et plerique possessorum, ex quorum agris aquae circumducuntur, fraude formas rivorum perforant: unde fit, ut ductus publici hominibus privatis vel ad hortorum usum subserviant, vel ad itinera suspendant. Ac de vitiis eiusmodi nec plura, nec meliora dici possunt, quam a Caelio Rufo dicta sunt in ea concione, cui titulus est de Aquis* etc.

22 Amb. 3, 7 *Sed Parthi nos nihil afficiunt*; ed. Ro. *Si P. v. n. calefaciunt.* De Parthis ep. CCXI et alibi. *Frigore frigescimus*, insolens omnino locutio. Guilielmius *frigore rigescimus*, Manutius *f. senescimus*, coniecerunt.

Si vulgatum verum est, Caelius more orientali loquitur; et ep. CCXXXVIII, 1 a med. ipse Cicero *occidione occisum*.

23 Subaudiunt *esse*, *ut omnis iacerent*. Sed hoc nimis durum. Amb. 2 *Tamen Bibulus — potuit:* quod non intelligo. I. F. Gronovius melius corrigit *potius sine Parthis*.

24 A multis simul petitur, carpitur. Sveton. Aug. c. 27. Illud *con* in verbo eam notionem sustinet, quam in *contestor* ep. CCLXI, 1. *Cortius*.

25 Quum multum temporis (inquit Dio lib. XL, c. 62) aliis aliisque confictis causis, quarum nulla omnino decerni poterat, consumsisset *Curio*, indigne se id ferre simulans, petiit, ut alius mensis ad eas leges tandem perferendas intercalaretur. — Quum, ut sibi assentirentur, *collegis Pontificibus* persuadere non posset, sicut nec cupiebat, aliam quoque rem nullam *in Caesarem* decerni passus est. De intercalatione multa Freinshemius ad Liv. CIX, 5-6-7. Man. et Lambinus *bellissime — non obtinuerat*. *Transfugit*, desertor senatus et optimatium (ep. CCXXIII, 4), aperte nunc Caesaris causam defensurus, quam antea occulte tantum tuebatur.

26 De sternendis muniendisque viis. Ad hanc ferendam legem, quid Curionem impulerit, docet Appianus Bell. Civ. II, c. 27: Curio vero, quominus appareret, « repente eum ad partes adversas, *scilicet Caesaris*, descivisse, rogationes difficiles de reficiendis sternendisque viis intulit, sibi eam praefecturam petens in quinquennium, certus nihil harum rerum se impetraturum, » sed sperans, sibi Pompeii amicos contradicturos, atque ideo se nactum iri occasionem Pompeium lacessendi, atque ad Caesarem transeundi. Lege etiam Dionem XL, 61 et seqq. *Non dissimilem agrariae Rulli*, quia Rullus similia petens optimates agitavit, et ab ipsis vicissim vehementer exagitatus fuit. Vide Freinsh. loc. cit.

27 Hoc est, quae iubet aediles, ut harum rerum et praesertim annonae curatores, pauperioribus dividere frumentum. *Graev.* *Quae* dedit Graevius e suo msto; nam alii omnes cum nostris libris *quas*.

28 Tres nostri *Si quid opus fuerit.* Infra edd. Ro. Min. Man. et Lambini *in gratiam*; ut ep. CLXXXVI; sed cf. ep. CXCVIII, 5.

29 Ed. Ro. *Dolabellam integrum tibi ut serves;* aliae *de Dolabella i. tibi serves;* aliae *Dolabellam i. tibi reserves,* et Lambinus *De Dolabella integram tibi rem serves. De Dolabella,* scil. de nuptiis Dolabellae.

30 Iniquior enim videberis, affinitate cum eo iuncta, qui Appium, novum amicum tuum, in iudicium vocet. Suadeo igitur iudicii finem exspectes. *Manut.* Mox malim *te hoc ita facere.* Amb. 15 omittit *hoc.*

31 Vide epp. CCVI, 4 et CCXI, 3. *Graecas,* quod in Pamphilia et Cilicia caperentur, quas provincias Graeci homines incolebant. Sic Victorius improbans vulgatum olim *pantherarum greges.*

CCXLIII.

1 Tangit victoriam a Cicerone Ciliciae procos. contra Amanienses (epp. CCXXVIII, 1 et CCXXXVIII, 1) relatam. Nostri omnes cum priscis edd. *res gessisti.*

2 De Hirro; epp. CCIII, 1 et CCXI, 1. Mox *aliqui,* antique, ut in fine huiusmet epistolae. At in nostris fere omnibus *aliquis,* utroque in loco. In aliquibus *metus aliqui perturbent;* ut habet ed. Ro.

3 Orestilla Catilinae amica fuerat. Sic duo nostri; sed in libris scriptis magna varietas occurrit. Aliqui *adolescentior est ille sibi filium,* alii *adolescentior est ille filium sibi,* alii *adolescentiorem ille sibi filium;* quintusdec.

adolescentius est ille filium sibi, ed. Ro. *adolescentiorem Scyllae filiam sibi.* Hinc Manutius corrigebat *adolescentiorem Sullae filiam sibi despondit.* Altera enim Sullae maior filia, Fausta, Miloni nupta erat. Cortius vero *adolescentiorem Sullae filiam despondit*, vel *adolescens Orestillae filiam suam despondit*, ut Orestilla sit nomen virile, ut *Ocella; sibi* omittit, quia *despondere* proprie sit parentum; quod utique probarem, nisi similis locutio occurreret in ep. CCCXCVIII, 3: *Lentulus Hortensii domum sibi, et Caesaris hortos et Baias sibi desponderat*, hoc est, ut bene explicavit Ernestius, sibi pactus erat, sibi destinaverat.

4 Publii Valerii Triarii. Cognominibus aliquando ipsas mulieres usas fuisse vel ex hoc loco Manutius arguit. Nam haec, quae *Paulla Valeria* dicitur, solum *Valeria*, quemadmodum *Tullia, Terentia, Cornelia* appellari debuisset. Eadem autem est, quae *Polla* in ep. DCCXCI dicitur. Infra Amb. 15 *in provinciam.*

5 Et nupsit revera; vide ep. DCCXCI. Zel. A *nupturus est.* Mox *retulerat* subintelligit *dotem* Manutius, vel explanat, nihil retulerat de novis nuptiis faciendis. Melius Ernestius: nondum retulerat de divortio ad Pontifices. Pantagathus malebat *mundum retulerat*, et intelligebat *mundum muliebrem*, sive cultum feminarum, de quo Livius XXXIV, 7; Lamb. *nondum res suas tulerat.* Libri multi *nondum retuleras.*

6 Si suppleas *eum deprehensum esse*, intelligitur, eum cum uxore amici cuiusdam deprehensum; si *deprehensus esse*, refertur ad gravem mariti ultionem, quam Ocella expertus erat; nam *deprehendi miserum est*, Horatio iudice lib. I, sat. 2 fin.

7 Supple, femina.

CCXLIV.

1 Quum scripta sit haec epistola *post brumam* alterius anni, ex quo in provinciam Cicero ivit, Manutius et Graevius *Imp.* non *procos.* appellandum esse in titulo epistolae recte contendunt. Ernestius utrumque omisit. Edd. vett. addunt Appio P. *imp.* ut in ep. CCXXII not. 1. Cf. quae diximus ad ep. CCXLII, 1.

2 *Verbis* abest ab ed. Med.

3 Vbi fuit ex Id. Febr. usq. ad Kal. Mai., ep. CCLVI, 3.

4 Idest legati ab incolis oppidi Appiae in Phrygia missi. *Appianos* populos nominat Plinius lib. V, c. 29, et confirmat ad illum locum Harduinus. Alii hic et infra *Apameani*, scilicet ex urbe Apamea — *Volumen*, hoc est, epistolam longissimam; vide ep. DCCCXXII. Mox Amb. 3 *plenum querelis iniquissimis.*

5 Monumenti, vel templi in honorem Appii, provinciae illius administratoris; quo de more iam verba fecimus ad ep. XXIX, IX.

6 Schützius post Martyni-Lagunam correxit *perastute factum querebare*, nulla necessitate cogente. Tres Pall. Grut. Stewec. Peck. Amst. et Graev. sec. cum edd. Ro. et Iens. *peraccurate q.* Mox *tributa*, quibus Appio monumentum exstruerent, ut Manutius explicat.

7 Supplendum *dicebas.*

8 Ironia. *Manut.*

9 Duo Ambb. cum edd. priscis aliisque *cognoscerem.* Mox *non poteram*, scilicet rem causamque cognoscere; idque quia ante hiemem Cicero Phrygiam, in qua erat Appia, adire non poterat.

10 Se purgat, quum non ipse ad legatos, sed legati ad se

venire debuissent; illosque potuisse per hiemem ad se venire, et de re referre.

11 Scil. ab urbe sua usque in Ciliciam, ubi Cicero erat, iter faciendum erat Appianis.

12 Manifesta ironia. Ab ed. Med. abest *me*.

13 Noctem in quatuor partes dividebant Romani, quas *vigilias* appellabant, quarum singulae ternis constabant horis; fortasse a *vigilando*, quia milites extra castra vigilando custodias agebant.

14 Praefectus fabrum dicebatur, inquit Pitiscus ad hanc vocem, qui praeerat artificibus, qui castra sequebantur, quales fabri lignarii, ferrarii, carpentarii. Illius cura fuit fabrilem operam provocare, ac praebere castris et urbibus expugnandis necessarium. Vide Vegetium de Re mil. II, 11. *Fabrûm*, pro *fabrorum*; Orat. c. 46.

15 Ed. Ro. *excurreret*.

16 Amb. 2 *An non ego tibi obviam p.*

17 Sic e coniectura Ernestii edidi praeeunte Martyni-Laguna. Vulgo *deinde*. Schütz.

18 Ambitiosa sunt, quae favoris parandi causa fiunt; Sallust. Iugurt. 64 *Neque facto ullo, neque dicto abstinens, quod modo ambitiosum foret.* Haec quoniam plerumque sunt blanda nimis et humilia, inde *ambitiosus* est *humilis, blandus, adulatorius*, ut apud Iustinum XII, 15 *ambitio vulgi est*, quod lib. XIII, 3 dicit *adulationem vulgi*. Graev. Gulielmius legebat *multa etiam a*.

19 Schütz *quid? Quidni* est *cur non* Cicero obviam Appio eat? *Appius*, succedens Lentulo decedenti.

20 Multum huic nomini tribuisse Stoicos ostendit etiam Plutarchus (in Comment. *Quomodo deceat adolescentes legere poëtas*): *Multa quidem*, inquit, *a Stoicis repudiantur, neque aliquid vitiosum virtuti inesse, neque malo bonum existimant, sed omnino et in omnibus er-*

rare imperitum; urbanum vero in omnibus recte agere. Vide Victorium et notam ad ep. CCXXII, 1 not. 7. Ed. Med. *addo etiam u.* Olim *urbanitate.*

21 Iocose, pro Appiorum, aut Lentulorum *nobilitatem*, quam Appius Claudius iactabat obiiciebatque Ciceroni homini novo.

22 Sic edd. vett. cum Man. Lamb. et Schütz. Vulgo *esse.*

23 Vncis inclusam vocem Regius cod., teste Lallem., omisit. Optime; omisit et Schützius; sapit enim glossam. Ambb. fere omnes *gloriam adquirendam deesse putarem.* Itaque non dubitavi sic edere cum Schützio. Vulgo *adquirendum putarem.*

24 Hunc nominat, cuius beneficio in patriam redierat (ep. XCII, 1), ne videatur eum proprie nominasse, quum dixit *Lentulitatem.* Potest enim nomen illud in omnes Lentulos — cum quadam contumelia conferri. *Manutius.* Mox *mihi ipsi* habent edd. Iens. Man. et Lambini, et bene Ernestius praetulit alteri *mihi ipse* antepono.

25 Vt intelligas, utrum idem sint, an inter se differant εὐγένεια et nobilitas. Quasi dicat: falleris, quum vel te putas, quia sis εὐγενής, hoc est, claro genere natus, ideo nobilem esse; vel me, quia non sum εὐγενής, propterea nobilem esse non posse. Potest enim εὐγένεια esse, ubi non sit nobilitas, et nobilitas ubi non sit εὐγένεια. Nobilitas enim vera a maioribus non accipitur, sed virtute, magnisque in remp. meritis comparatur. *Manutius.* Fronto de Diff. verborum: *nobilis nobilitate rerum: generosus*, qui graece εὐγενής appellatur. Ita alter ex re, alter ex cognatione est. Schützius ex msto Asc. 1 *quid sit ε. quid* ἐξοχή. Ambb. tres *quid sit excellentia, quid nobilitas*; Manut. et Lamb. *quid sit* ἐξοχή, *quid sit* εὐγένεια. Tum edd. vett. *et si Athenodorus.* Patris *San-*

donis nomen adiunxit, ut hunc Athenodorum Stoicum Cananitam, Caesaris Augusti praeceptorem, ab alio Athenodoro, qui domi M. Catonis vixit obiitque, distingueret. Vide Suidam.

26 Tum aliis rebus, de quibus ep. CCXLIX, 1, tum in supplicatione tibi decernenda, de qua ep. CCLXXVII. *Manut.*

27 Idest post maturum iudicium, atque eo consilio, ut eam in perpetuum conservarem.

CCXLV.

1 In nullo Amb., neque in Zel. B, neque in Rec. exstat praenomen *M.*

2 De Herculanensi fundo; ep. seq. 2.

3 Iocatur, Caelium in magnis causidicis ponens, qui leviores causas, ut Fabii erat, non suscipiant, sed homicidii, maiestatis, magnorumque criminum reos tueantur. *Cellar.* Iocatur cum laude Caelii, ut ep. CCLV, 1, quum dixit *ista vestra oratoria.* Manut. Quasi dicat, vos patrocinium vestrum non conceditis, nisi rebus in arduis; ac proinde vereor, ne Fabii res vobis videatur levis, eamque iccirco negligatis.

4 Rec. *excipio. In hoc homine,* quum scilicet agitur de re Fabii.

5 Concinne Schützius *tu quid agas.*

6 Cod. 14 *deferebatur.*

CCXLVI.

1 Omnes nostri *reddiderunt;* ita et edd. pr. Ironice. De hoc nostro Lucio vide aliqua in ep. XXV, 8; de gente Papiria, ex qua erat Lucius, multa in ep. DCLVIII, 2;

de familia autem cognomine *Paetus* nihil omnino. Conf. iam laud. epistt.

2 Pyrrhum scripsisse libros de re militari ex Plutarcho (in Pyrrho 387) et Donato (ad Ter. Eunuch. IV, 7, 13) perspicuum est. Cineam Thessalum vero Aeneae Tactici librorum epitomen confecisse, testis est Aelianus Tact. I. Olymp. CXXV. Sed horum libri desiderantur.

3 Quia scilicet effugere navibus possumus. *Graevius.* Iocus. Parthos equitatu maxime valuisse omnibus notum.

4 Noster sept. Κύρου παιδείαν. Tum quatt. *contrieram*, quod Ernestius non probat. Mox *in imperio*, nimirum Ciliciensi.

5 Lambinus *et, ut spero, brevi; et* quidem multi libri habent.

6 Vt tibi imperetur. Nam etiam passive sumi gerundia antiquis, pluribus probant grammatici, et defendit Manutius et Burnouf ad illud Sallust. Iugurt. 62: *Quum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur.* Vide et Caes. Bell. Gall. VI, 2, ibique Vossium. Quamobrem interpretationis gratia cetera *vel ad parendum potius* nonnullis videntur inserta: non male.

7 Tres Ambb. *valde.*

8 In disputando? Sic alii: et erat doctus (ep. sup. 1). At non hoc negotiatioris: et Cicero iocatur. Aliud quid intelligi puto? An in bibendo? *Ernest.*

9 Amb. 13 *Mediolanensem.* Mox *proscriptum esse*, nimirum publicae venditioni propositum.

CCXLVII.

1 Ex Peducaea gente in Curtiam adoptato. Adoptati enim nomen gentis suae in cognomen mutabant; quod de *Pomponio Pomponiano* factum vidimus ep. LXXV init.

Praetor autem peregrinus, idest pro peregrinorum negotiis constitutus, hic noster Curtius erat Romae. Praetori itaque peregrino scribit, quia proprie praetoris erat negotium de fundo Fabii explicare.

2 Tres Ambb. et Rec. *tua dignitas et fides*. Hoc dicit: aliud nihil facies, quam quod edixisti, et solitus es facere. Solebant autem praetores Romae publice praemittere edictum de summis capitibus iurisdictionis, ut ep. CCXXII, 1 med. fecisse vidimus provinciales ante, quam in provinciam irent.

3 Ambb. 12, 15, et edd. Ro. Iens. *lubente*; Amb. 2 et Lamb. *iubente*.

CCXLVIII.

1 Amb. 13 *defert*.

2 Lambin. *iubente te*.

3 Malim *absum* et hic et ep. sup. extr.

CCXLIX.

1 Vulgo *Clodio*. Etsi scio *Claudio* et *Clodio* dici et scribi (ep. XIV, 4); tamen, quia semper de Appio scriptum vidi *Claudio*, et id ipsum habent hic plures Ambb., hoc praetuli constantiae causa.

2 Quam circa hos dies primum post discessum e Cilicia adspexerat, ep. CCXXII init., introieratque triumpho abiecto; ep. CCXLII, 1. *Vrbanitatem*, vide epp. CCXLIV, 3 ante med.; CCXXII, 1.

3 Ernestius putabat ex suo ms. scribendum *esses*, idque receperunt Schütz et Cler. *Proficisci*, subaudi Romam. Vide ep. CCXXII, 1. Infra omnes fere Ambb. et edd. vett. habent *de Apamaeorum a*; Lambinus *Apameano-*

rum. Sed male; vide ad ep. CCXLIV, 2. Duo *Appiorum;* corrupte.

4 Vett. edd. *His.*

5 Amb. 13 et ed. Med. *cognovisse.*

6 Operam Appio suam Cicero navarat in supplicatione impetranda; ep. CCLXXVII, 1: *Quum de tuis rebus gestis agebatur inserviebam honori tuo.* Manut.

7 Martyni-Laguna et Schützius *facillime;* et sic habet Zel. A.

8 Zel. B *fieri.*

9 Rec. Zel. B et edd. vett., praeter Med., *etsi ipse;* eademque *ita videbam.*

10 Vide ad ep. CLXX, et in Ind. graec.

11 Rec. Zel. A *tu plures h.*

12 Supple, rogatum; idest, adeunt, ut quaerant numquid velis; vide ad ep. DCCCLII.

13 Senatum significat, a quo tarde omnia explicarentur. *Manut.* Corradus et Graevius verba *longi subsellii* non de tempore ad iudicandum accipiunt, sed de loco, in quo multi senatores sedere possent; quod tamen mihi non probarunt. Infra ed. Ro. *si tibi item unum* etc.

14 De libris auguralibus; ep. CXCIV, 2 et CCLXV, 2. *Corrad.* In seq. periodo ed. Man. *iuris auguralis*, et infra, ed. Ro. *tuis incredibilibus s.*

15 Edd. Min. et Man. *in scribendo negligens.* Vulgo *negligens scribendo.* Lambinum sequor.

16 Pro rebus in Amano monte (epp. CCXXVIII, 1 et CCXXXVIII, 1) gestis. Supplicationem iam petierat a Catone (ep. CCXXXVIII, 2) atque a duobus coss. Marcello et Paullo; epp. CCXXXIX et CCXL.

17 Discedebat senatus Aprili mense, cuius fere dies omnes vel ludis dabantur, vel festi erant, vel comitiales, quibus haberi senatus non licebat (ep. XCVIII, 5).

Manut. Praepositionem *in* a Gebhardo sublatam reposuit Ernestius. Zel. A *ipsum in discessum.*

18 Devictis Amaniensibus; epp. CCXXVI, 2 et CCXXXVIII, 1. *Manut.* Malim *ut appellatus i. sum.* Mox *aliis rebus additis,* nimirum capto Pindenisso; ibid.

19 Quum in hiberna milites dimittuntur. *Manut.*

CCL.

1 Quum scilicet tu pugnare deberes, ne mihi provincia prorogetur; infra § 3. Minutianus et Aldus omittunt *meo;* minus recte; vide ad ep. CCLXI, 3, not. 26. Item minus recte Amb. 16 infra *hoc tamen consolor;* et statim Olivetus, nescio qua auctoritate, *quod non spero.*

2 Delevit Vrsinus primus *et libenter requiescere,* quod totum absit a msto vetere, deinde alii multi; refragantibus tamen Mongaltio, et nuper Clerico. Haec enim respondent loco epist. CCXX, 1: *Ne in Epiro solicitus sis non minus, quam nos hic sumus.*

3 Vide epp. CCXIV, 1; CCXXV, 1; CCXLI, 1. Mox libri plurimi *prudentiores illas l.*

4 Hoc est, *felici eventu.* Cassium Parthos ab Antiochia recedentes insecutum rem bene gessisse (ep. CCXXVIII, 1 circa fin.) dicit Cicero; negat tamen Parthicum bellum pro confecto esse habendum.

5 Ep. CCXXI. Libri scripti *Orode,* unde, opinor, Lamb. et Graevius ediderunt *Orodae.* Edd. pr. *Orodes* vitiose; aliqui fecerunt *Orodis;* ego cum Ernestio et Clerico *Orodi,* constantiae causa. *In provincia nostra,* nempe, quod vidit Manutius, intelligitur Cyrrhestica (ep. CCXIV, 1) Syriae pars Ciceronis provinciae proxima. Igitur *nostra* est pop. Romani, non Ciceronis.

6 Epp. CCXII et CCXIX init.

7 Non inepte fortasse edd. Iens. Min. et Aldi *ipsa prima.* Mox alii *Euphratem.*

8 Nuntiantes victoriam de Parthis. Eaedem *laureatae* dictae. Ovid. Amor. I, 11, 25:

Non ego victrices lauro redimire tabellas.

Popma.

9 In suam provinciam Hispaniam; ep. CCXXII, 3.

10 Quum senatus ei provinciam, per decennium a populo traditam, ante tempus velit eripere; qui erit dificillimus nodus; ut verear, ne successio provinciarum non facile expediatur. *Manut.* Mox rescripsi *expeditur* auctore Lambino. Vulgo *expediatur*, quod librarius a sup. *habeatur* deceptus pro vera lectione tradidit. *Quam successum sit*, quam SCtum de successione provinciarum factum sit.

11 Rectores enim provinciarum, sine successione decedentes, legatos, qui praeessent, relinquebant. *Manut.* Quod Ciceronem Lentulo suasisse vidimus ep. CXLVIII, 12, et eum facturum videbimus infra § 7, et ep. CCLXIV, 1.

12 Idest, intercedendo impedire sustineat, si maxime aliquem mihi intercessorem e tribunis parem; scil. quod de intercessione relatum iri putet. *Ernest.*

13 Vulgo *sed dices.* Delevit Ernestius *sed* ortum ab ultima syllaba τοῦ *occurreres.*

14 Idest, cogor mihi ipse solicitudinem struere, et velim ita sit, ut dicis. Schützius mallet deleri *cogor*, vel legendum *fortasse.*

15 Edd. pr. sine *erit.*

16 Vel subaudiendum est *alias epistolas*, vel hae voces exciderunt.

17 Interpungit Schönbergerus: *In his* γλυκύπικρον *illud: confirmas* etc., ne verbum *confirmas* regat *illud* γλυκύπι-

χρον. In his literis dulce amarum illud erat, quia et confirmabas mihi aliquem nulla mora interposita successurum, et te ad me venturum, si secus accidisset.

18 Faërni liber *esse venturum*, sed *esse* a glossatore editum. Vulgo *fore venturum*, quod defendunt Graevius, et pluribus Sanctius (Minerva lib. I, c. 14, p. 113. Amstel. 1761). Sed tamen, ut ait Ernestius, duorum infinitivorum exemplum nullum aliud est apud Ciceronem. Itaque *fore* ipse uncis inclusit. *Forte* mihi huic loco quadrare visum est; idque recepi ex Aldo. Tum Amb. 16 *urgent me*. Victorius et Graev. *pungunt me*, quod sanum negat Ernestius. Dicitur enim *pungere* de acri sensu ex aliqua re, ut ep. XLII init. *epistola illa, in qua de agro Campano scribis, ita me pupugit, ut somnum mihi ademerit*. Qui sensus hic locum non habet, ubi agitur de solicitudine continua, in qua proprium est *angere*. Edd. vett. revera, praeter Iens., *angunt*.

19 *Ipse*, quod nuspiam in tali textu additur, Ernestius uncis inclusit. Lambinus *literas ipse*. Tum libri multi *centurioni Scamulae*.

20 Caelii collega in aedilitate curuli; ep. CCII, 2. *Te non putare*, scil. me missurum eius collegae pantheras.

21 De hac laude plura iam Cicero in epp. CCVIII, 1; CCIX, 2 et CCXXVIII, 2.

22 Libri multi *sumtum*.

23 Sic vetus liber Vrsini, quod et Schütz recepit. Vulgo *semel tamen*. Tum uncis inclusa verba delenda sunt. Immo Ernestius etiam *accepit* inclusit uncis, Schützius omnia delevit, et pro *facit* mallet *accepit, ut*. De Iulia lege ep. CXCVI, 2.

24 Qui eum mihi commendavit, ut legatum facerem. *Ernest.*

25 Qui sit, nondum reperi. *Idem.*

26 Scilicet, quibus pecunia ei imperaretur, et erogatio

aliqua facienda. *Idem. Hospitem*, cui sumtus faciendus fuerit.

27 Forma loquendi insolens, pro *fuerat quaestui.* Sic Quintil. (Prooem. 13): *Vt primum lingua esse coepit in quaestu*, hoc est, lingua coepit esse quaestui, sive lucro iis, qui eloquentiam docebant.

28 Eorum officium, qui provinciis praeerant, in duas partes fuit distributum, potestatem et imperium. *Potestas* dicitur facultas cognoscendi et conficiendae iurisdictionis, *Imperium* ducendi copias, et bellum gerendi. Haec munera ita colebant, ut aestatem fere rei militari, hiemem dicarent cognitioni praetoriae: quae in iurisdictione potissimum versabatur. *Sigonius* de Ant. Iure Provinc. II, 5. *Forum institueram agere*, ordinem exponit, quo ageret fora et conventus iuridicos (ep. CCVIII, 2) in iis regionibus, quas habebat in potestate. Habebat autem Ciliciae adiunctas dioeceses sex: Cibyraticam, Apamensem, Synnadensem, Pamphiliam, Lycaoniam, Isauriam. Vid. Sigonium loc. cit. Quo circa *commemorat forum Cibyraticum, Apamense, Synnadense, Pamphilium, Lycaonium, Isauricum.* Olivetus.

29 Ad hanc iurisdictionem XXV civitates conveniebant; Plin. V, 29. *Synnadense*, de quo idem Plin. l. c. *Alter conventus a Synnada accipit nomen. Conveniunt Lycaones, Appiani, Eucarpeni, Dorylaei, Midaei, Iulienses, et reliqui ignobiles populi XV.*

30 Sic felicissime coniecit Mongaltius, recepitque Olivetus, Schütz et Cler. Olim κέρας *Aonium;* sed *Aonium* nihili est, praesertim quum alias epp. CCXXVIII, 4 et CCLII, 10 κέρας tantum sine ullo adiuncto dixerit. Haec mihi potiora fuerunt, quam ut correctionem Mongaltii, quae cum Plinii loc. cit. pugnare videtur, reiicerem.

31 Alibi simpliciter *provinciam* memorat; et ita aptius est

sequens *inde* nos oportet decedere: non praecise ex urbe Laodicea. *Ernest.*

32 Manutio placuit *a. d. III Kal.*, ut annus integer sit. *Schütz.*

33 Quod ea res invidiam facere utique poterat, quasi praefectus esset, quia frater esset. *Ernest.*

34 Servii Sulpicii uxor; ep. CCCLXXI.

35 Cicero pro Plancio c. 26; in Vat. 5; Verr. II, 3 *negotiatores* a mercatoribus distinguit; illos alio nomine *feneratores* appellat. Cur autem Cicero nemini negotiatori praefecturam concedere vellet, vide in ep. CCLII, 4; ubi iterum sermo de Scaptio; et infra in hac ipsa ep.

36 Pro aliquo negotiatore, ut ei darem. *Ernest.*

37 Scilicet, quid dicam? Probavi Torquato, me non daturum eius causa praefecturam M. Lenio tuo, probavi multis aliis. Ep. CCLII, 4 legitur *in M. Lenio tuo.* Itaque et hoc loco cum Manutio rescripsit Schützius *in M. Lenio tuo.*

38 Si praefectus ideo esse vellet, ut ea potestate nummos a Salaminiis exprimeret: non esse cur praefecturam peteret. Me enim curaturum, ut exigeret. *Manut.*

39 Quam dederam, me curaturum, ut exigeret. *Corrad.* Infra statim *et una Scaptius* ex edd. Iens. Ascens. et Aldi recepit iam Ernestius, pro vulgato *et in his Scaptius.* Nam hic non erat Cyprius.

40 Malim *Illi multa* etc. ut infra *illi se numerare.* Potuit τὸ *illi* absorberi ob similitudinem literarum a seq. *multa.* Scil. illi multa questi sunt.

41 Scilicet *de meo;* hoc est, ex ea pecunia, quae mihi ab ipsis deberetur. Mox *praetori dari consuessent*, sc. explanat Corradus, τῷ ἄρχοντι. Videtur enim vertisse verbum, quo usi sunt Graeci, a quibus ἄρχων ὁ ἡγεμὼν vocatur. Sed et Romani veteres, Asconio autore, omnem

magistratum, cui pareret exercitus, praetorem appellabant. Hinc Cic. Bibulum ep. CCLXXI, 2 *Praetorem*, ep. vero CCXXI init. et CCXXII *Procos.* vocat. Sic Hirtius Allienum *praetorem*, deinde *procos.* appellat de Bell. Afr. 2, et 34. *Corrad.*

42 A me remisso. *Manut.*

43 Scil. quum in edicto meo tralaticio constitutum haberem, me centesimas tantum observaturum etc. *Tralaticio* vid. ad ep. CCXXII, 1. Edd. vett. *translatitio.* Voce autem *centesimae* Latini usuram designabant, hoc est centesimam partem sortis in singulos menses; sicuti apud nostrates absolute dicitur *un centesimo*, pro centesima parte librae novi aeris italici. Aldus *me observaturum dicerem*, quod est glossatori dandum. *Cum anatocismo*, graece ἀνατοκισμὸς est *usura* non soluta tempore debito, atque sorti (*capitale*) addicta, quae veluti sortis portio aliam usuram pariat in mensem. Vulgo *cum anatocismi anniversario*, sed *anniversarium*, ait Ernestius, substantive nuspiam dicitur apud bonae latinitatis auctores; alias etiam in hac epistola simpliciter dicuntur *centesimae cum anatocismo*, et τὸ *anniversarium* inest in ipso *anatocismo*, ut patet ex ep. CCLXIV, 3 *centesimis*, *renovato in singulos annos foenore;* item et ep. CCLII, 4 *centesimas sexennii cum renovatione annorum singulorum.* Libri scripti vitiose *cum antiochi*, *antiochis*, *anatocis* et *antiocis anniversario.* Graevius *anatocismi anniversario*, et explicat *cum anatocismi anniversario incremento.* Sed *incrementum* subaudiri non potest, quum in verbo *anatocismi* iam insit. Vulgatum olim *anatocismo anniversario* non alienum videtur. *Anniversarium* inesse in ipso anatocismo non videtur. Si enim quum dicitur *anatocismus*, h. e. *usura renovata*, semper intelligitur anniversaria, cur laudatis locis additur *in singu-*

los annos — singulorum annorum? Mox *quaternas*, h. e. quatuor partes in centum in singulos menses; quod octo et quadraginta in annum faciunt. Vides usuras esse quadruplicatas, ac proinde intolerabiles, et Brutus, Brutus, inquam, mel ac deliciae civium, eas gratia sua ducendas putabat! Exclamemus oportet cum Cicerone, sed alia in re, o tempora, o mores!

44 Nempe Scaptius et Matinius impetraverant decretum senatus, quo illa syngrapha firmaretur, ne magistratus provincialis eam ex edicto suo irritam redderet. *Ernest.* Libri nostri scripti et impressi *et ius ex illa* etc.

45 Ed. Ro. *et erat enim*, ex quo aliqui ediderunt *erat enim.*

46 Hoc est, pecuniam mutuam sumere ad debitum suum solvendum; ad ep. CLXXXIV, 2.

47 An universe lex vetabat provincialibus pecuniam Romae mutuam sumere? Nequaquam, inquit Ernestius; nam id absurdum est, sed lex ea, quum vellet coërcere feneratorum avaritiam in usuris, sanxit, *ne magistratus ex syngraphis* (quas feneratores ab iis, qui mutuum accepissent, extorsissent) *ius dicerent*, h. e. secundum quod in syngrapha scriptum erat, iudicarent; sed ex edicto proprio praetoris, in quo modus usurarum statueretur. Hoc paullo post diserte dicit Cicero, et patet ex eo, quod Scaptio et Matinio necesse fuit a senatu obtinere decretum peculiare, quum ius dici a magistratibus ex sua syngrapha vellent. Hinc re recenti nemo provincialibus pecunias credere volebat; et hoc est quod supra dicit, *Salaminii quum versuram facere vellent, non poterant.* Itaque, post Ernestium, Schützius, Schöenbergerus et ipse religiosissimus Clericus in textum illa verba assumserunt rescripseruntque *L. G. vetabat e syngrapha ius dicere;* et assumta uncis incluserunt

Ernestius et Clericus. Contra Ernestii sententiam pugnat ep. CCLVI, 5: *Pecuniam Salaminii contra legem Gabiniam sumserunt.*

48 Hoc est, mutuam pecuniam offerebant Salaminiis usuris quaternis (*al quattro per cento*) in singulos menses.

49 Edd. vett., preter Ro., *numeraverunt.* Mox *at* rescripsit primus Ernestius, et receperunt posterr., olim *et.* Infra *feneratoribus*, iis, quos supra *Bruti familiares* dixit.

50 Hanc lectionem Vrsinus in libro msto invenit, eaque confirmatur his verbis ep. CCLVI, 5: *Decrevit senatus, ut ius diceretur ista syngrapha. Nunc ista habet iuris idem, quod ceterae, nihil praecipui.* Vulgo legitur: *Vt ea syngrapha esset, qua vi ceterae. Sed ut eodem.* Schütz. Edd. Iens. Min. *ut ex ea syngrapha esset, qua cetera essent: ut eodem;* Ald. *ut ex ea s. e. quam ceterae, sed ut eodem;* ita et Vict., *ex* in *et* mutato. Vides quanti sit faciendum vulgatum ex ingenio Bosii *ut et ea syngrapha esset, qua vi ceterae; sed ut eodem;* Lamb. *ut ea s. e. eodem iure, quo ceterae, non meliore, quam ceterae, sed ut eodem. Disseruissem,* quum Scaptio persuasissem, nil aliud voluisse senatum hoc altero decreto, nisi feneratoribus sortis solutionem cavere, non vero usurarum, quas postulabant, enormitatem approbare, ut interpretatus est Mongaltius. *Seducit*, proprie seorsum ducit.

51 Alii *sed illos putare, — debere autem illos.*

52 Scil. coepit. Male Amb. 16 *clamabat.* Mox idem Amb. et ed. Ro. *inquam, quam rationes;* edd. Iens. Min. Aldi *i. potius quam r.;* Lamb. *i. nihil potius, quam ut r.* Tum tres illae edd. sorores *assident.*

53 Ed. Ro. *sibi.*

54 Ne cogerentur amplius usuras solvere, et ita usura consisteret; ep. CCLII, 4. *Corrad.* Faërni liber et Lambinus *et ut i. f. d.*

55 Obscurus locus. An excidit *non? Bono nomine centesimis non contentus erat.* Nam hoc impudens erat, quia contra edictum, et avaritiam turpem prodebat. Et ante sic est: *Nihil impudentius S. qui centesimis — contentus non esset. Non bono q. c. sperabat*, nempe ab alio, post Ciceronem, magistratu sperabat, se fortasse impetraturum, ut quaternas centesimas solvere Salaminii cogerentur. *Ernest.* Amb. 16 *sperabit.*

56 Marco Catoni; ep. CCLVI, 5.

57 Edd. pr., Ro. excepta, *ut puto.*

58 Traherentur, et quasi servarentur: observarentur, ut ep. CCLII, 4. *Corrad.* In supputatione; inde *subduco* et *rationes subducere.* Manut. Vt uno eodemque in perpetuum centesimarum fenore servato, neque anatocismo addito, usurae solverentur.

59 In digitis enim supputare solebant. *Schütz. Habes subductum*, scilicet inter id, quod Scaptio ego concedebam, et quod senatus decrevit.

60 Ad confectionem tabularum novarum, nominibus quibuscumque e libro inductis, et rationibus renovatis. Vide Ind.

61 *Diecula* est parva dies, et, ut inquit Asconius, breve tempus et mora. Itaque *dieculam ducere* est diem solvendi paullo laxiorem constituere. De hoc Caii Caesaris facto nihil apud historiarum scriptores; sed de dilatione solutionis sermonem esse, interpretes saniores credunt. Constat Caesarem primum consulem (A. V. C. DCXCIV) multum de debita pecunia reip. redemtoribus remisisse. Fortasse ergo eadem occasione iis diem solutionis laxam constituit. Vide Mongaltium. Mox *rei publ.* recepi cum Schütz ex cod. Balliol. et subauditur *mali fecit.* Vulgo *res publ. plus.*

62 De domestico negotio, scilicet de Tullia filia collocanda; epp. CCIV extr. et CCXLII, 2.

63 Postumiae filium probo. Intelligit filium Servii Sulpitii, cuius uxor erat Postumia. Confer ad ep. CLXXXVII, 1. *Bosius.* Vulgo *Postumiae filius*, *ille*, quod a Victorio fluxit; sed perspicuum est *ille* natum e *fil.* explanate quidem, sed vitiose in edd. pr. scripto *filie*, ut in Amb. 16 *Postumiae filie.* Vidit iam Ernestius, qui et mox *Pontidia* ex edd. pr. dedit, pro vulgato olim *Pontidiae nugatur.* Scil. de alio genero locuta nihil certi affert, ut explanat Manutius; ep. CCLII, 7.

64 Scil. literarum.

65 Vt tuis ne desit; epp. CCI, 2 et CCXXVIII, 5. *Manut.*

66 Videtur Attico debuisse, et, quia in Deiotari regno erat, ab eo auxilium petiisse. *Ernest.*

67 Ep. CLXXXI, 2. Quando intercalabatur, ita stati dies movebantur, ut postea non esset notum omnibus, praesertim absentibus, in quem diem mysteria inciderent. *Corrad.*

68 Hadrianus Valesius (ad excerpta Peiresciana Appiani), et Gronovius (Observ. l. IV, c. 9) intelligunt sacra Bonae Deae, quae fiebant Kal. Maiis. Ea sunt, quae ep. CCLII, 23 *Romana* appellantur. Vide Graevium ad hunc locum.

NOTE ALLE LETTERE

CONTENUTE

IN QUESTO VOLUME

CLXXXII.

1 Appio Pulcro era figlio di quell'Appio Claudio stato console con P. Servilio Isaurico l'anno di Roma 674. Valerio Massimo dice ch'esso Appio Pulcro fu ucciso alla battaglia farsalica. Codesta casa, una delle più nobili e più antiche di Roma, avea dimesso, secondo è detto da Svetonio, il prenome di Lucio, perchè disonorato dai vizi di due di quel sangue ch'aveanlo portato. La medesima era divisa in più rami: i Pulcri, i Neroni e i Marcelli; patrizii i due primi, quel de' Marcelli plebeo. Noverava la casa d'Appio ventotto consolari, cinque dittatori, sette censori, sei trionfi, due ovazioni, ec. (Svet. Vita di Tiberio). Non è noto in quale occasione si meritasse Appio il titolo d'imperatore; ma sel meritò pur certo, perchè Cicerone adoperossi a fargli ottenere una supplica, e fece anche istanza pel trionfo. Era egli fratello di quel P. Clodio, famoso nemico di Cicerone, stato ucciso l'anno prima da Milone.

2 Fania è quello stesso liberto del quale ebbi altra volta occasion di parlare. Altro liberto era Cilice, ch'Appio aveva verisimilmente condotto di Cilicia.

3 Quest'allusione al proverbio par che si riferisca ad una statuetta di Minerva che, andando in esilio, aveva egli consecrata al Campidoglio, la quale poteva essere passata nelle mani di P. Clodio fratello d' Appio.

4 Cicerone scherza di bel nuovo, come in una delle precedenti sue allo stesso Valerio (CLXV), sulla costui qualità di giureconsulto. Per quel che sembra, era il medesimo uno

di quegli avvocati ch' oggi sono detti *senza cause:* lo che fa dire a Cicerone ch' egli si vuol prendere più cura di Valerio, che Valerio non soglia prenderne degli altri. Ed è in questo senso che Ovidio ha detto:

Illo saepe loco capitur consultus amore;
Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi.
De Art. am. I, 83.

CLXXXIII.

1 Avendo Appio preceduto immediatamente Cicerone nel governo della Cilicia, poteva giovare a questo in mille maniere; ed è la grazia di che lo prega Cicerone, il quale era stato nominato a quella provincia *cum imperio:* vale a dire con una legge delle Curie e un decreto del Senato.

CLXXXIV.

1 Saturnino era un tribuno tumultuante de' tempi di Mario; e non bisogna credere nè al Corrado, nè al Bosio, ai quali piace d'immaginare che sotto il finto nome di Saturnino sia celata la persona di Milone, perchè anch' egli avea il cognome di Annio; e se proprio si volesse che Cicerone abbia qui accennato un affare toccante Milone, converrebbe allora dire che questo Saturnino fosse un suo liberto, dacchè, come abbiamo altrove notato, i liberti toglievano quasi sempre il cognome dell'antico loro padrone.

2 Sarebbe lunga faccenda e noiosa anzichenò il mettere qui le gran cose che si sono dette dai giurisperiti sopra questo passo del romano Oratore; basterà ch'io accenni quello che ne ha detto il Cuiacio, il quale forse meglio d' ogni altro ha toccato il vero segno. Udiamo le sue parole (Observ. X, 4): *Satisdare secundum mancipium erat rei mancipium seu dominium praestare:* era insomma quello che oggi chiamasi *evizione,* cioè guarentire al compratore il sicuro possesso della cosa contro tutte le molestie che altri potesse recargli; e ciò faceasi presso i Romani. *Nuda repromissione,* gua-

rentia di sola parola, e nuda di pegno o d'ipoteca; e qui oppongono molti: perchè dunque chiamarla *satisdatio?* rispondiamo che a' tempi anteriori quella guarentia era convalidata di pegno, che in appresso, abbandonatasi dai compratori la pretensione del pegno, si contentarono della promessa: la cosa dunque mutò faccia, ma il nome antico restò, poichè a questo mondo è più facile tor via le cose che i nomi, quando il tempo li ha consegrati. Oggi ancora usasi da molti giureconsulti di chiamare *satisdatio* una semplice promessa.

3 Queste possessioni di Memmio e d'Attilio erano possedute da Cicerone che le avea comperate poc'anzi, e volea rivenderle. Forse Cicerone acquistò la possessione ch'egli chiama di Memmio all'incanto de' beni che furono pubblicati a danno di Memmio l'anno innanzi allorchè venne bandito; ma le sono semplici congetture. Quanto poi ad Attilio, io penso che sia quel Sesto Attilio Serano di cui parla Appiano, affermando che venne esiliato unitamente a Memmio (Guer. Civ. l. II).

4 Oppio faceva in Roma gli affari di Cesare, da cui Cicerone avea tolto a prestito la somma qui accennata (Vedi lettera CLXXXIX).

5 Siccome *nomina* valeva presso i Romani tanto ad accennare i capitali passivi quanto gli attivi, così questo passo può avere due sensi diversi, i quali ognun vede.

6 Queste parole spiegano chiaro che Attico, avendo tutto ripieno il foglio, lo voltò, e scrisse l'ultima linea della lettera lungo il margine.

7 Sta tuttavia questo borgo, il quale chiamasi Arce, ed è presso Arpino. Va errato il Biondi (Rom. triumph. lib. X) mettendo la villa d'Arcano fra quelle del nostro autore, mentre, e per questo passo e massimamente per le parole *sustinui me in Arcano fratris* che trovansi altrove, puossi chiaramente intendere che la villa d'Arcano apparteneva a Quinto Cicerone.

8 Pare cosa probabile, e il Manuzio la tien per sicura, che Quinto Cicerone volesse rimanersi in Arcano per pigliar parte anch' egli a qualche festa che quivi si dovea fare.

9 Il Lambino e il Malaspina leggono *viros* invece di *pueros*: è naturalissimo di fatto allora il senso: Tu, o Pomponia, invita le donne della terra, io inviterò gli uomini; laddove leggendo *pueros*, e volendo che sian essi i figliuoli di casa, bisogna di forza supporre ancora che quell'*invita mulieres* riferiscasi alle femmine della famiglia; ma queste non s'invitano. L'opinione del Lambino e del Malaspina è poi sostenuta eziandio da alcuni manoscritti. Vedi la nota latina.

10 Abbiam notato altrove come questo Stazio liberto di Quinto Cicerone si fosse impadronito di Quinto, la qual cosa spiacea forte anche a Marco, ed alla moglie Pomponia riuscia poi intollerabile (lett. LII).

11 Questi è quel Pontinio onde s'è parlato nelle note alla lett. CXLIX. Cicerone l'avea creato suo luogotenente.

12 E questi è quell'Aulo Torquato a cui sono indiritte le lettere DXVII, DXXIV, DXXVI, DLIX. Era stato pretore l'anno innanzi.

CLXXXV.

1 Intorno a Pompeiano vedi la nota ult. alla lett. CXIX.

2 *Trebulanum* era una cittadina nella Campania, e ve n'era un'altra che portava questo nome situata nel paese de' Sabini.

3 Questi è probabilmente quel Ponzio Aquila che prese parte all'assassinio di Cesare.

4 Furnio era stato questore l'anno 698, e l'anno susseguente divenne tribuno.

5 Questi è quel Sempronio Rufo di cui parla Cicerone nella lett. CCLVI e Celio nella CCXXIII, dove si vede, come qui, che avea una questione con Vestorio, a diffinire la quale aveano eletto Cicerone. *Rufio* è un diminutivo di *Rufus*, e s' accordano con questo diminutivo quelle parole di Celio: *Rufum, mel ac delicias tuas*.

6 Abbiam già notato altrove che allorquando non veniva approvata una proposta legge per opposizione fatta da un qualche tribuno, ponevasi tuttavia ne' pubblici archivi; ma senza il nome di *senatus consultum*, in luogo del quale

portava quello di *senatus auctoritatem.* Correva voce a que' dì che il console Marcello avesse proposta al Senato una legge per far richiamar Cesare dal suo governo delle Gallie; e questo era veramente il pensiero del prefato console; ma nol manifestò se non il primo di giugno, e fu indarno, poichè il suo collega Sulpizio ed alcuni tribuni posero in mezzo le loro opposizioni (Vedi lett. CXCII; Dio. lib. XL).

7 Cesare, che volea procacciare a sè fautori da per tutto e con ogni mezzo, ideò di far mettere le città traspadane al livello medesimo di tutte le altre d'Italia, i cittadini delle quali aveano il privilegio di poter entrare nel Campo Marzo a votare coi Romani allorchè aveano fatte le funzioni municipali nella propria Comune, ed aveano innoltre aperta la via a tutte le cariche della Repubblica.

8 Pompeo stava a que' dì a Taranto onde riaversi, con una vita quieta, da una malattia che lo aggravò dopo il suo terzo consolato.

CLXXXVI.

1 Intorno alle varie lezioni di questo passo il lettore vegga la nota latina. Qui basta l'osservare che avendo Cicerone una casa di campagna a Pompei, come ognun sa, non è supponibile che andasse a chiedere ospizio presso Pansa; e ciò basti per rigettare la lezione *ex Pansae Pompeiano.* Non finiremo questa nota senza avvertire che noi prediligiamo l'*exiens e Pompeiano* ammessa dal Lambino, che la trovò in alcuni manoscritti, la qual lezione consuona assai bene colle parole : *A d. VI id. maias quum has dabam litteras, ex Pompeiano proficiscebar,* che sono in capo alla precedente lettera.

2 I governatori delle provincie e i pretori civili di Roma mettean fuori, quando assumevano il loro ufficio, un certo codice, sul quale si proponevano di dare le loro sentenze. Quel codice era cosa fatta di pieno loro arbitrio, ed oltre a ciò era spessissimo trasgredito : onde avvenne che a togliere un tale abuso si facesse una legge, la quale obbligava i governatori ed i pretori suunominati a non discostarsi dal

loro *edictum*, che così chiamavasi la legge di cui si ragiona. Cicerone era desideroso di vedere l'*edictum* pubblicato da P. Licinio Muciano, il quale avea voce d'essere buon giurisprudente (Ascon. in Corn.; de Cl. Orat.; Aul. Gell. 13).

3 Questi è probabilmente Lentulo Spintere amico intimo di Cicerone. Egli chiedeva a que' dì il trionfo, ed Attico, per favorire il suo Tullio, l'avea raccomandato a tutti i suoi amici nel senato. *Apud Lentulum ponam te in gratiam*: Farò che Lentulo ti sappia grado. Non v'è altra via di spiegare queste parole, così volendo e la ragione della storia, nè opponendosi quella della frase, la quale va anzi d'accordo con un'altra somigliante posta nella lettera CXCVIII, e con un'altra ancora adoperata da Celio, e che si può vedere nella lettera CCXLII.

CLXXXVII.

1 Tutto questo paragrafo si riferisce al matrimonio della sua Tullietta, la quale era forse stata ripudiata da Crassipede secondo di lei marito; e non era altrimenti vedovata di lui, poichè lo troviamo ancor vivo quattro anni dopo (Vedi lett. CCLXXXIV, CCCLII).

2 Con quelle parole *habebis mei rationem* Cicerone allude alla formola colla quale veniva permesso ad un assente di porsi fra i candidati per una carica senza venire a Roma. Accordavasi di rado quel privilegio, poichè le leggi tutte ostavano, per le quali era detto che niun assente potesse essere eletto ad occupare niuna carica. Cicerone dunque dice all'amico: Fa che la mia lontananza non tolga che sia secondato il desiderio mio di veder conchiuso questo matrimonio della figliuola. La frase certo parrà troppo tronca; ma riflettasi che due amici parlano sovente a mezza bocca, e s'intendono. Riflettasi eziandio che l'argomento richiedeva appunto l'accennare piuttosto che il dire.

3 Forse Attico avea posto innanzi per questo matrimonio un figliuolo di Servio Sulpizio. La felice sostituzione di *Servilia* a *Servilio*, ammessa dall'Ernesti, fu trovata dall'acutissimo

Tunstall; e quanto sia giusta, appare manifesto dalla lettera CCLII.

4 Cicerone e Bibulo erano destinati a torre il governo delle due provincie più prossime ai Parti, onde era mestiere che la Repubblica fornisse loro mano sufficiente a tener fronte a que' barbari, imbaldanziti sfoggiatamente dopo la sconfitta de' Crassi. Cicerone prima di partire avea chiesto permissione di levar gente per le terre d'Italia e formarne due legioni; ma contro questa sua domanda stette il console Sulpizio, onde sperava d'avere meno avverso Marcello. Cicerone avea chiesto eziandio che la Repubblica gli assegnasse il denaro bisognevole a sostenere le spese di guerra. Quell'assegno straordinario era chiamato *pecunia attributa;* ond'è che dice *mihi enim attribui oportebit, item Bibulo* (Lett. CXCI, CCXIX; Varro, lib. IV de Ling. lat.).

